

47  
Hist. eccl.  
1830

SAMUELIS MARESII  
TRACTATUS BREVIS  
*de afflito statu* <sup>121.</sup>  
STUDII  
THEOLOGICI  
IN  
FOEDERATO BELGIO,  
*Et commoda illius restituen-*  
*di ratione:*

Aliquot diatribis expositus ab Authore in Auditorio  
Theologico, cum post solutam obsidionem Gro-  
ninganam rediret ad Lectiones publicas.

*Veritatem & Pacem amate. Zach. VII: 8.*



Groningæ, Apud DOMINICUM LENS,  
Typographum & Bibliopolam, 1672.

*Ad*

## Benevolum Lectorem.

Soleat ut plurimum dolor esse querulus, & si quid acerbius inter querelas exciderit, debet condonari iusto dolore. Neminem prout ita feruum, qui neget justum esse hominem Christianum, ac presentem Professorem Theologum, dolere de tristissimo statu non tantum Republica Belgii Fœderata, sed etiam Ecclesie qua Christo in illo colligitur. Et certe minorem decessit tot cladiibus illatis publico; Sed proterea illius duo columnae primariae Pax & Veritas, vehementer concutuntur per nova & antehac inaudita damnata qua in illam quam datur pars agminatum band ita pridem irruerunt, iis annuentibus qui ex Vocationis sua officio isti male patius obstatere debuerint: Quanta inde emerserint dissidia & scandala, quibus ut & alius nostris peccatis, iram Dei in nos provocavimus, nemo est filiorum genuinorum Ecclesie, qui non agnoscat & lamentetur. Quod in hac tanti mali comploratione, accius forte his dixerim in Consilium nocentissimarum autores & defensores, et si non animo injuriandi, quod sancte protestor, justa mea indignationi est condonandum. Hoc omnia velim sumi narrativo sensu, non injurioso. Qui morbos Ecclesia sanare tentat, eorum arrocityatem & symptomata dissimulare nequit. Vulnerum inflictorum Ecclesia nec profunditas indagari potuit absque bolide, nec tentari curatio absque novacula. Veneror Dei dona eximia in doctis Novatoribus; Sed praestitisset eos magis Gloria Divina promovenanda studuisse cum edificatione Ecclesia, quam sua propria statuminanda, cum tanta bonorum offensione & perturbatione. Nec enim mea unius est querela; Dum est quod percrebat in Synedriis, Classibus & Syndicis, in Pastorum Concionibus ad populum, in Eruditorum scriptis, in ipsis Comitiis & Conventibus Procerum Hollandia; adeo ut si tacernerimus, ipsi lapides essent loquunturi. Tales etiam Innovations, rigide interdicta fuerant Decreto Synodi Nationalis Dordracena, quod extat in illius Post aëcis, band ita pridem in lucem editis ex iussu Celsiss. D.D. Ordinum Generalium. In capitibus quibusdam Novatorum doctrina enotandis, Speciminis tantum ergo, (nam si de nomine suo interrogarentur, responderent cum dæmone Euangelium Legionem appellari,) nihil illis affixi per calumniam, nihil in majus extuli, nihil cuius falsitatem & noxitudinem non sim paratus, cum Deo, demonstrare, etiam Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram, & sub periculo mei capitis, in quolibet legitimo judicio. Inde



# De statu afflito Studii Theologici & illius restituzione.



um apud Esdram ponerentur fundamenta Templi secundi Hierosolymitani per Judæos reduces ex captivitate Babylonica, alii prorumpabant in voces lœtitiae & gaudii, quod viderent Dei domum ex suis cineribus, cum Phœnices, renasci; alii verò gemebant & lamentabantur quod hæc initia nihil promitterent ejus splendoris, quo gaudebat prior domus, quam olim stantem corispexe-  
rant. Est certè quod singuli, altero oculorum nostrorum rideamus, quod Dei beneficio liberati à truculenta obsidione Pontificum & pri-  
mariorum Ministrorum Antichristi, à sago militari ad studia togata, alacriter & securè revertamur; altero verò ingemiscamus Belgii Fœderati clâdibus ac tristi conditioni rei Theologicæ, per quam Orthodoxa Religio, verum nostræ Trojam Palladium, in ultimum discrimen adducta vi-  
detur: Nihil dicam de tot Urbibus ereptis Belgio, Idolo addictis & Pontifi-  
ciæ Superstitioni ac Potestati miserè mancipatis: Sed quod huic loco magis &  
specialius convenit, numquid doleremus quod nostrum Belgium, sacrorum  
studiorum haec tenus celebre & commune Emporium, eo usq[ue] brevi temporis  
spatio vastatum sit, ut locorum Heliconis Ecclesiastici Musis assignato-  
rum, plusquam media pars, trimestri spatio cesserit hostibus & persecu-  
toribus Veritatis, & abierit in speluncam latronum & domicilium dæ-  
monum, draconum & volucrum impurarum, idest Jesuitarum & Mo-  
chorum.

Incepsum à Daventria, quæ licet formaliter jura & privilegia Academica non venditaret, Schola tamen Academica eaque illustris, meritò audiebat; inclytæ sanè famæ, etiam ante tempora Reformationis, quæ ma-  
gni nominis Viros habuit & aluit, & seminarium solebat esse hujus no-  
stri Athenæi; ut qui tyrocinia studii Theologici illuc posuerant, sub Ve-  
deliis, Dieftiis, Perizoniis, ne dicam de aliis Facultatibus, solerent se huc  
conferre coronidem suis laboribus Scholasticis imposituri. Sed Daven-  
triæ Daventriæque Scholam perillustrem, illustratam Cl. Jacobi Revii,  
Cartesianismi Mastrygis fortissimi, commentario exactissimo, ac totam  
Transisulanam Provinciam, perdidit suorum Rectorum proditio & væ-  
cordia.

etiam cognoscere potes, Benevolè Lector, me nec invidiâ hic duci, cujas causas Dei gratiâ procul habeo, nec odio in personas, quarum è contrario ambo amicitiam & pacem, si modo velint audire honestissima & justissima qua hic aperio Pacis & Unitatis cum Veritate resarcenda & porro conservanda Consilia. Ne queso adigant Ecclesiæ ad ultimum reme-  
diū, talibus dissidiis finiendis & controversiis decidendis, ab aeo desti-  
hoc Tractatus, quod omnia prius tentanda sint, nec debeant magis caustica  
remedia, ex Ure & Seca Chirurgorum, adhiberi, quamdiu lenientia &  
mus Operi nobis calitus commisso, missis waſtppois & inerruditis ac contemni-  
mus, queramus unanimiter qua sunt Pacis & Edificationis publicæ. Si  
comiter mihi monstretur ea quam hic propono via brevior & certior, ad restitu-  
plexus, & dextras jungamus in promovenda & propugnanda Dei  
causa contra hostes sue Ecclesia, illi illico infistere paratus sum. Tu, Bene-  
vole Lector, precare mecum pro pace Hierosolymorum, memento beatos  
pronunciari Pacificos à Principe Pacis, & benè Vale. Ex meo Mûsæo  
prid. Id. Octob. st. Jul. 1672.



De

cordia. Succubuerat tandem tota Provincia Lovestinianis consiliis; Vix quisquam admittebatur ad Regimen qui nominis Auriaci hostem se non profiteretur; Pestis hęc etiam ipsorum Eruditorum & Literatorum præcordia occupaverat; nec Libertatis ac Veritatis simul perdendę via toti Nationi magis compendiosa, quam Libertatis phantasma & simulachrum; quod affabre effictum in pictorum pergula à Schelio & Hogersio in suis invectivis de *Libertate publica*, noluisse nostrum Perizonium, eidem factioni, dum adulatur Potentioribus, imprudenter implicitum, tam ambitione circumgestasse; quod quam ipsi obsuerit, etiam ante hanc tempestatem, mihi & aliis satis compertum est. Evenit patheticis illis Libertatis præconibus, non alio collimantibus, quam declinandæ Prefecture, per quam tamen emerserant, Principis Auriaci, quod ranis Apologi, quæ pertasē tigni, cui eas æquus Jupiter subjecerat, hydrum sibi accersi verunt in regem, à quo sunt devoratae; ut debeant autem suum malum perferre, quod suum ferre bonum noluerint.

Daventriae & Transilvaniae incendium, vicinam Geldriam momento corripuit, atque primò Harderovicenam Academiam disturbavit; cùm nec esset qui Harderovico ferret suspectias, nec seipsum contra vim hostilem tueri posset; quanquam jus illius occupandi inter Gallum & Monasteriensem fuerit controversum, ut cùm duo canes de unico officulo contendunt, utrius debeat esse. Fuerat diu illae Schola Illustris florentissima, & quę Professorum celebritate, Discipulorum frequentia, exercitorum assiduitate, paria faceret cum multis Academiis: Sed cùm tandem post plures illiç, eximios Viros, Thyssum nominatum & Cloppenburgum, ad yarias Academias tanquam ex earum Seminario evocatos, duo illius columnæ huc successivè traduxissemus, in Theologicis R. D. Widmarium, egregium & solidum Theologum, (quem sèpè beatum apud me prædicto quod evocatus ad cœlestem Academiam & *ωνήγυειν* fuerit, priusquam ea nobis evenirent mala, quę animo presagiebat,) & in Medicis Experientiss. D. Deusingium, insignem in sua arte Machaonem, subtilem Philosophum, accuratum Mathematicum, Proceres Geldriæ, καλὸς βαθμὸς suo Illustri Gymnasio procuraturi, quo suos Professores deinceps ære ligarent, decus & axioma Academie sive Universitatis, ejusque Ducalis, ei contulerunt. Ad invidiam faceret disputare, utra plus habuerit celebritatis, Academia ne an Schola Illustris Harderovicena; Illa saltem hosse ad Urbem accedente, muris ligneis, quales Oraculum quondam Atheniensibus commendabat, salutem suam commisit, & superato mari Austrino, in utramque Hollandiam transfrctavit, absque alio solamine quam eorum qui dicebant-

bant, *Fuimus Troes*; relicto in usum Missificationis abominandæ ipsomet Auditorio Theologico. Nec video quā ab illa privatione ad habitum regressus, vel sperari vel dari possit: Non quod non confidam, cum Deo, ipsam Vrbem brevi erectum iri hostibus; Sed quamvis tota Geldria, quā latè patet, fieret iterum pars Foederati Belgij, ita tamen remaneret post has tempestates exhaustum illius ærarium, ut nequidem per pacis continuae vicen- nium, posset de suis Scholis restituendis, vel ipsum Eumenium, Rhetorem priscum, pro Scholis reparandis Oratorem, exoratorem admittere.

Flamma corriente Velaviam, facile proximus arsit Ucalegon, & Betaviam, à qua ut creditur Batavis nomen suum, inyasit incendium. Meminit Solinus Romæ partum upius mulieris quatergeminorum portendisse famem quæ paullo post totam invasit Italianam: In una Geldriæ Provincia, geminatas fuisse Academias, tantillo temporis spatio, ex mera & præpostera æmulatione agri Betavici adversus Velavicum, nihil nisi inopiam & sterilitatem rei literariae portendere potuit. Ipsa Curia Geldriæ, quæ Arnhemii erat, hoc Neomagenium de novo Athenæo in sua Urbe erigendo ante paucos annos initum consilium, noluit approbare, nec admisit ad jus & juramentum Advocatiæ, eos qui in novella ista Academiola ad Docturæ gradum promoti fuissent. Nec alia quam infirma habuit initia: Hactenus Cartesiana Philosophia ultra septa Philosophica non prorepserat; Sed intererat factionis filiorum Lucis ut ad Cathedram Theologicam promoveretur; Ideo commeridatus fuit Neomagi ad professionem Theologicam, homo totus & in cute & ad furorem usque plusquam Cartesianus, non aliunde tunc hotus, quam ex Libello paullo ante emissio de *abusu Scriptura in rebus Philosophicis*, id est revera de Scriptura per Philosophiam interpretanda, non de Philosophorum placitis ad Scripturæ amissim exigendis. Isti homini id unum fuit propositum, Orthodoxam Theologiam ad Cartesiomania normam non tam reformatre quam deformare, & doctrinam Ecclesiæ Reformatæ Belgii tot horrendis erroribus & impietatibus inficere, ut plures Vorstii, Arminii, Socini, in eo uno renatos jure dixeris. Nec eum liberat quod tamen ad sedem sublimiorem Neomago traductus fuerit, arte factionis Cartesio-Lovestiniano-Remonstrantice; nam etiam Vorstius Steinfurto olim evocabatur Leydam per factionem Remonstantico-Barneveldianam, quam in hac revixisse in comperto est. Saltem Neomagiense Athenæum, haud diu post hunc primum & ultimum suum Theologum heteroclitum dimisum, & decretum factum de alio ipsi non amplius succenturiando, (adeo res hæc Proceribus illis male successerat) Urbe jam per hostem occupata post honestam

Præfecti resistentiam, ad πανωληφία redactum est & penitus interiit.

Idem fatus sustinuit illic post Ultajectina Academia: Anno hujus sæculo 34. Cl. Voetius, Heusdā, ubi Ministerio fungebatur, fuerat evocatus ad Gymnasium Ultrajecti erigendum. Eum commendabant multi-juga eruditio, scripta Polemica contra Pontificios, in *Desperata causa Papatus*, & quod inter Patres Synodi Dordracenę confesisset, suumque Zelum multifariam approbasset adversus Remonstrantes; Abiit paullò post Gymnasium illud in Academiam celebrem; quæ multos Viros magnos in omni literatura, sacra & profana, tulit: Ex quibus unus D. Voetius à Gymnasi natalibus ad funus usque Academiæ perennavit; hoc in suo extremo senio multatus infortunio, quod Urbis & Scholæ Ultrajectinæ debuerit videre captivitatem, oppressionem & excidium, vœcordia ac proditione eorum qui Cartesiano œstro perciti, & pro ingenio factionis cuiuslibet erant immersi, eo flagrabant odio in Principem Auriacum, ut quas ad Urbis defensionem offerebat copias, noluerint admittere, & ad nostros milites opem ipsis laturos si voluissent, curabant de muris Urbis suæ inclamari, Franco potius esse parendum quam Principi. Ecquid mirum quod Velthusius, in illa factione primipilus, Medicaster impius, acerbissimus hostis Ministerii Evangelici, novæ quantum potuit Religionis faber ex Hobbesio & Cartesio consarcinata, Catechista in plurimis Theologi Neomagiensis, tantopere studuerit potestatem clavum Pastoribus Ecclesiæ surripere? Claves Ecclesiæ, Academiæ & Urbis, offerre & tradere Regi Galliæ, animo detinabat.

Supersunt quidem hactenus tres Academiæ in nostro libero Belgio, Leydensis Celebratissima Hollandiæ, huic ordine secunda Franekerana Frixiæ, & nostra hæc Groning-Omlandica. Sylvæducensem Scholam ante 36. annos mea operâ enatam, prætero, quod jamdiu illi ferè perpetuo litetur silentio; Vicina quoque Bredana planè contabuit; Ut Medioburgenis Zeelandiæ, quæ illico post Mori discessum, tumulata fuit; licet nunc revictura videatur, ad nostram consolationem & quod nolit Deus extingui prunam nostram, ut mulier Tekoitio loquebatur 2 Sam. 14. prope diem sit resurrectura in præludium & primicias majoris Reformationis paullò post alibi sequuturæ. Quamvis enim consilia quæ pronuper agitantur de ea restituenda per evocationem C. Burmanni ad Ministerium Ecclesiæ Medioburgenis, professioni illic Theologicæ conjungendum, incubuerint respectu illius in spongiam, quod fratres Walachri, majori saltem & meliori sui parte, omnes in genere Novationes circa doctrinam Ecclesiæ, Cocejanismum nominatum & Cartesianismum, improbent & aversentur, illa tam

men resumpta sunt & procedunt hoc tempore per vocationem Rev. D. D. Joh. van der Waeyen hactenus Pastoris Leovardiensis, qui erit in illa Schola & Ecclesia Flagellum Hæreticorum & Novatorum. Scholam Amstelodamensem prætero, quod ibi Theologia ex professo non doceatur: Et num Cartesiana Philosophia sit diu ibi dominatura, post eas quæ contigerunt in illa Metropoli rerum circa Regimen conversiones, Deus & dies docebunt.

Sed quo nos magis misereat tristissimæ conditionis, ad quam reductum est studium Theologicum, quid quæso illius supereft, in tribus illis quæ nobis videntur supereft Academiis? De hac nostra Groning-Omlandica, vix ausim dicere quod sentio. Reip. ararium exhaustum, Stipendia in spe magis quam in re, Studiosa Juventus maximâ sui parte ad arma jam pronior quam ad libros, viæ per quas huc possent accedere peregrini Studiosi, latrociniis infestæ aut obfessæ militibus, & nostra studia sacra quod attinet, multo plura graviora obversantia mihi Senecioni, & tantum non silicernio, qui jamdiu meridianum spei superavi, sipario silentii obvelanda, nonnisi metuenda, dolenda & tristia portendunt. Det Dominus Deus ut iisdem insistamus lineis; ut studeamus eodem humero inservire gloriæ suæ promovendæ & Orthodoxiæ propugnandæ & conservandæ; ut Christo potius quam nobis discipulos facere annitamus; absque quo ex nostris laboribus nihil emolumenti in usum publicum, in evolutionem Babylonis, in nostrorum concivium Pontificiorum conversionem, exspectari potest. Peripatetici Philosophi censem ex duobus principiis oppositis, materia & forma, nihil posse constitui, nisi tertium accederit, nempe privatio: Ex duobus antisciis docentibus, nisi tertius accedit in animorum coagulum, multimoda destructio, nulla solida instruictio sequi potest. Quidni hæc ergo dicam cum Prophetæ Amoso 3. c. An duo essent una ambulaturi nisi conuenirent?

In Academia Frifica res non sunt multò melius constitutæ; Privilegia Académica, quo maximè illicio, nobis hæc nunquam concessa, Studiosi juvenes poterant traduci Franekeram, locum aliæ nec situ jucundum, nec eosusque salubrem, nec tempore belli satis tutum, sunt autoritate Procerum abrogata; Unicus etiam supereft illiæ Theologie Professor D. Arnoldus, Vir Eximius, valde doctus, Orthodoxus & tenacissimus seniorum sermonum, sed & cui soli sua cum Novatoribus & Cartesianis jncumbit lucta, in qua debet dicere, *Ne Hercules quidem contra duos.* Nec si Collegam nactus fuisset D. Vogelfangum Sylvæducensem, multum subsidii potuisset ab eo sperare, qui sibi ipsi est quadantenus oneri; & senio ac peri pneumoniæ, vir aliæ eruditus, simul laborat.

*De statu afflito studii Theologici & illius restit.*

Ex Academia Lugduno-batava, quæ hactenus inter Reformatas Celeberrima fuerat, sed proh dolor quantum nunc mutantata ab illa quæ olim fuit? non est quod, uti nunc se habet, Studii Theologici Orthodoxi, ne dicam de aliis Facultatibus, magnam restitutionem, absque insigni mutatione, expectemus. Revera enim unicum habet in Theologia Spanheimum, Virum longè Doctissimum, Saniorum Sermonum tenacissimum, à profanis novitatibus auditis vocabulum Vincentii Lyrinensis, penitus abhorrentem; sed quod summopere dolendum, infirmioris valetudinis, adeo ut auram Leydensem vix ferre possit. Quin etiam rumor spargitur, quem falsum esse velit Deus, illum propterea Heydelbergam revocatum, eò facile reversurum. Vivit quidem adhuc Cl. Heydanus, vir alias Celeberrimus, Eloquentissimus & magni nominis, sed, ut audio, dñdum emeritus; & incubans suis opibus, quas amplas est consequutus Dei benedictione, senium suum quam potest benignissime curat, securis sic satis deinceps rei Theologicae. Quamvis nunc credo metuat vehementius suis *Lucis Filiis* (nam ipse prior, Cartesianisti, quem deperit, sectatores, inter hilaria, hoc elogio insignivit) quod negotiorum ac regiminis schemate, inverso, possint illi porrò disPLICERE melioribus. & amantibus Veritatem ac Ecclesiæ tranquillitatem, qui huc usque placuerant Barneveldianis & Remonstrantibus ac Libertinis, omnium Novitatum in doctrina patronis, quod per illas sentirent turbari pacem & unitatem Ecclesiæ, & viam clanculariam sterni ad illius eversionem. Optaret forte Cl. Heydanus suum generum Celeb. Burmannum posse revocari Leydam, suppetias latum novo illi<sup>c</sup> nova Theologiae Professori, sub illo onere, cui revera par non est, jam fatiscenti; cùm alias in novis & heteroclitis opinionibus sint satis ἐμόγυροι. Etsi Burmannus, Vir certè eximius, in nonnullis mollitiis loqui & cautiis mercari studuerit. Sed ex Planetarum aspectu si quid conjicere fas est, nihil tale D. D. Novatores sibi debent polliceri. Nam incipiunt nunc passim foetere illa nova dogmata, quibus voluerunt inclarescere, neque facilè vocaretur ex hostico, ille homo, magnus quidem & prædictus magnis dotibus ad Professionem, sed qui quamdiu vixit Ultrajecti innexus fuit factioni malignantium & proditorum, qui & eum jugiter contra Ecclesiam illi<sup>c</sup> & suos collegas, Orthodoxiam receptam propugnantes, satis violenter protexerunt.

Et cùm jam ante annum cœptum fuerit deliberare in Consilio Ill. & PP. Ord. Hollandiæ, de novo Novatorum dogmate, quod tantum offensionis peperit in multis Ecclesiis utriusque Hollandiæ Borealis & Australis, quo singunt Lege Decalogi contractum foederis gratiæ contineri, sic revoca-

*De statu afflito studii Theologici & illius restit.*

vocaturi in Ecclesiam illam Legis & Evangelii confusionem, ex qua, Beato Luther teste, crassissimi quilibet Papatus errores enati sunt, ut constituti fuerint Commissarii qui de remedio istis Novitatibus, quarum scandalum longius serpebat, opponendo cogitarent, & mandatum Civitatum Magistratibus ut illi malo invigilarent, & Ecclesiastas omnes ad receptas loquendi in Ecclesiis reformatis formulas revocarent, quid deinceps non speremus ulterioris aversio- nis ab omni novitate, jam ad gubernacula revocatis viris piis & prudentibus, Orthodoxiæ & Veritatis in Ecclesia studiosis? Quin id mihi relatum pro certo, duo brevi Edicta in Hollandia promulganda, alterum jam conceptum paullo postquam Pensionarius Wittius, munere illo abierat, quo omnibus Pastoribus interdicitur recedere à Doctrina nostris formulis expressa, & hactenus recepta; alterum quo renovabitur, adhuc expressiō- ribus terminis, decretum anni 1656. contra Philosophiam Cartesianam, ad quod Filii Lucis in ululas & bubones abibunt.

Utut sit, hactenus vobis descripsi satis tristem faciem studii Theologici in hoc Belgio, & quantam inclinationem passum sit brevi tempore per has Bellonæ tempestates, ut illam mente versans sèpè tacitus dixerim cum Elia r Reg. 19. *Satis nunc est b Ichova, accipe nunc animam meam, nec enim sum melior majoribus meis:* Jacent literæ sacræ, jacent Scholæ & Academias illis docendis & explicandis destinatae, & lugent viæ quæ ducebant ad illas, quod deserte sint, nec quisquam amplius eas calcet. Quare Domine Deus ad tristia hæc tempora voluisti me reservare? O quam gravia nostra fuere peccata, que tam gravem Numinis iram in Ecclesiam, in Remp. in nos singulos, concitarunt; Neque nos Theologos queramus extra; Nam etiam aurum Sanctuarii fuit obscuratum, & Theologorum culpâ periit Theologia. Ac ut multitudo Medicorum enecuit Adrianum Cæsarem, ita etiam Theologorum multitudine Theologiae perdendæ plurimum inserviit. Dum quisque alio sapientior, subtilior, doctior, versatior vel in Philosophia vel in Scriptura, vult videri, rixæ natæ sunt inter homines ejusdem conditionis, quæ *sacra fiducia*: jure dixeris; & illa in odia Theologica proruperunt. Scilicet eruditorum ingenia similia sunt Deo Termino, qui nulli cedit, & ardet Resp. bello civili, dum nec parem Pompejus, nec Cæsar superiore ferre potest.

Memini ipse ex quam tenui scintilla olim, satis grande incendium, inter D. Voetium & me enatum fuerit. Et mihi gratulor quod nec aggressor in illa lite fuerim, & tandem per amicam amnestiam & reconciliationem Christianam, circa personalia virorum bonorum studio sopita-

ta atque extinta fuerit, ut semper obtuleram & optaveram: Sic autem reliquimus ambo Reip. Christianæ judicium de oppositis nostris sententiis, ut semper institerim pro nosse & posse receptioni in Ecclesiis nostris sententiae, & quam judicabam convenientiorem Scripturæ. De spatiis imaginariis contendebamus, quæ non censebam admittenda. Sed hodie Cartesiani mundum faciunt infinitum, & spatia realia imaginantur infinita, in quibus Creaturæ infinitæ explicantur. Negabam posse commodè dici quod Deus ante creationem mundi alicubi fuerit: cum sibi ipsi tunc esset, ut loquitur Tertullianus, & mundus & locus & omnia: Sed hodierni Novatores nullum *Ubi* definitivum angelis & animabus separatis volunt concedere, licet hoc axioma steterit fixum & Aristoteli & Platoni, id non esse quod nusquam est. Exciderat Cl. Voetio per sphalma non tam Mnemonicum quam Typographicum, ut semper tensui, posse dari Creaturam quæ sit ubique; Sed hodierni Heterodoxi, Ubiquitatem ipsam propriè dictam abrogant Creatori, nec aliud de ejus Omnipræsentia statuunt, quam Socinus & Vorstius docuerunt. Disputabamus de causalitate bonorum operum circa vitam æternam; ego pertendebam cum vulgo nostrorum Theologorum standum Bernardi dicto, *esse bona opera viam ad regnum non causam regnandi*, nec ad summum aliam causalitatem illis tribuendam quam causæ sine qua non, quæ non nisi impropriæ causa est. Hodieñorum Novarum quoruñdam sententia multo longius procedit, dum justificationem duplicom comminiscuntur, alteram primam ex sola fide in hac vita, alteram secundam in futuro sæculo ex nostris operibus, ut sic plusquam medium partem victoriæ concedant Justitiariis & Papistis; dixerit licet Augustinus, *bona opera non procedere justificandum, sed justificatum sequi*. Supralapsariam prædestinationem Vir Doctiss. propugnabat; ego tam altum sapere non potui, & substiti intra cancellos & circulum Synodi Nationalis Dordracenæ, quam proposuisse communiorem sententiam, in homine lapsi objectum prædestinationis statuendo, ipsem fatebatur; Sed Novatores Cartesiani, adhuc uno gradu superant supralapsariam opinionem, & alciū volunt concendere; sunt enim aquilæ in nubibus. Disputabatur inter nos an anima quatriuani Lazari, & aliorum ad hanc vitam mortalem suscitatorum in Scripturis, eo ipso quod non fuerint in Purgatorio Pontificio, debuerint esse necessariò beatæ in coelo; Mihi placebat negativa, tum quod beatitudo cœlestis semel parta sit inammissibilis, tum quod illæ animæ per dispensationem divinam, potuerint asservari in aliquo *Ubi* definitivo, in quo tantisper suspensæ manerent in via, donec restitutæ suis corporibus, in ea pergerent usque ad finem; quæ est sententia potissimum

tissimorum nostrorum Theologorum. Sed hodierni Novatores hunc nondum secare malunt quam soluere, quod intus & in cœte Sadducæ & Thnetopsychitæ, pertendant animam post mortem absolutè nusquam esse. Quod bona pseudo-sacra Provinciæ Ultrajectinæ fuerint in se Idolothyta, & per superstitionem, errorem & Idololatriam, véntribus otiosis alendis destinata, nec formaliter Ecclesiastica, aut debita Ecclesiæ per reformationem, sed ejectis Missificis potuerint fieri caduca authoritate supremi Magistratus, & in commercium humanum deduci ac saecularizari cum dignitatibus Politicis, sub quibus olim possidebantur, etiam plures Rev. Ultrajectini Pastores mecum senserunt, contra quæ affirmabat Vir ille Doctissimus; Sed nunc admissi sunt Ultrajecti per Novatores qui hanc Controversiam aliter deciderent, & omnia illa beneficia Idololatriæ Pontificiæ postliminiò vindicarent. In quæstione de Usuris & Trapezitis sensi cum Calvinio & Salmasio, & ipsa Controversia Politicæ & Ecclesiasticæ fuit pro me decisæ. Quæ omnia obiter refero duplicum in finem; Primum ut constet me Dei gratiâ, nullius Heterodoxiæ haec tenus vel accusatum vel insimulatum fuisse in Dei Ecclesia. Deinde tie hodiernæ Controversiæ quæ mihi & aliis Orthodoxis cum nostris Novatoribus intercedunt, ad decempedam illius diffensus inter D. Voetum & me mensurentur. Nam nostræ tum Quæstiones fuerunt duntaxat de unguibus & capillis, si fas sit ita loqui, Religionis Reformatæ; hodiernæ, spectant ejus primarios artus & viscera nobilissima. Ibi controvebatur de furunculo in extremo digito; Nunc verò de peste sub axilla, vel anthrace in inguine.

Non expectatis à me catalogum errorum illorum infamium, quos novandi prurigo, in Scholas nostras Theologicas brevi tempore introduxit, & res foret longioris subselli. & mihi animus est potius eorum inducere oblivionem quam memoriam conservare: quin multi vestrum adhuc sunt memores, quod sæpius præmonuerim vos certò visuros, me forte non amplius superstite, eorum interitum. Veritas enim impugnari potest non expugnari, mergitur instar suberis at non submergitur. Si illos sigillatim referrem, satis constaret nec mihi uni illos displicuisse, sed pluribus aliis unitatis & veritatis in Ecclesia studiosis; nec Maresii unius morositate, sed insitâ eorum atrocitate, in Controversiam deductos fuisse; nec meam unius esse vocem & querelam, sed totius Belgii pii & reformati; adeo ut Enchusæ non desint pii Laici, & in solis Scripturis exercitati, qui penetraverunt in & rotundæ Novitatum, quæ per novitos nostros Doctores passim irrepserunt.

10 *De statu afflito studii Theologici & illius restit.*

Postquam enim Coccejus Docturus & Professurus Theologiam quam verè ~~avrodi duxit~~ à nullo alio præceptore hauserat, ut nequiverit istud. Hieronymi usurpare, se docuisse quod didicerat, non à seipso, idest à præsumptione pessimo præceptore, sed ab Illustribus Ecclesia viris, cœpit *Canticum suum novum* incinere in pref. *sunma sua Theol.* nemo fuit qui licentiam sibi non fecerit aliquid novandi & mutandi in doctrina Ecclesie. Regis ad exemplum totus componitur orbis: Signo enim dato novandi. Leydæ tam in Theologicis per Coccejum, quam in Philosophicis per Cartesianos, contra Decretum Procerum ipsorum Hollandiæ, contagium Novationum ita latè serpuit, ut nulla ab illis Schola deinceps vacaverit. De Philosophicis nihil moverem, nisi ex nova Philosophia, & sub prætextu Libertatis Philosophicæ & præjudiciorum pueritæ abdicandorum, nova Theologia enata fuisset, & nostra tot monstrosis opinionibus deturpata, ut si Pastores & Doctores qui denati sunt in Belgio à 30. annis, ad nos revertentur, (non ascendam ad Junios, Gomaros, Trebatios, nedum ad Bezas & Calvinos,) Wallæi, Riveti, Polyandri, Thysii, Spanhemii, Triglandii, Altingii, Dematii, Schotani, Amefii, Widmarii, & similes Heroes, putarent se in alterum orbem tempestate delatos, cujus idioma non assequerentur.

Et cum ante 20. annos ad arctiorem Unionem in aula majori Hagieniæ, Celsissimi Ordines Generales solemnissimè sibi mutuo cavisserent, Religio-nem Reformatam, uti tunc docebatur publicè in templis Belgii, & prout stabilita fuerat in Synodo Nationali Dodracena anno 1619. omni ope & studio conservandam, certum est ita recessum esse passim ab illius temporis doctrina, ut pleraque dogmata Novatorum hodiernorum pro illius carcinomatis & bubonibus pestilentibus eam depascentibus sint habenda. Tunc adhuc erant venerationi in Ecclesiis Belgii tum Versio nova Belgica Sacrae Scripturae, tum additæ illi Annotationes, quæ prodierant munitæ autho-ritate publicâ Politicâ & Ecclesiasticâ. Nunc verò plurimi Novatores primariam suam collocant industriam post Coccejum, & ad ipsius imita-tionem, in vellicandis, rejiciendis, impetendis, subsannandis, impugnandis, refutandis, Doctissimis illis Interpretibus & Annotatoribus, qualibet datâ occasione; ac si in linguis Originalibus, in sensu Scripturae, in Theologia dogmatica, pueri fuissent, præ novis nostris Rabbiniis, Scribis & Phariseis, qui aquilas docent volare & soli sapiunt in suis oculis, coeteris instar umbrarum, suo iudicio, volitantibus.

Tunc tanta erat reverentia Synodi Nationalis Dodracenæ aliarumq ue-formularum nostrarum consensu publici, Confessionis scilicet Belgicæ & Catecheses Palatinæ, nec non Canonum disciplinæ formatorum, & for-

mularum

11 *De statu afflito studii Theologici & illius restit.*

mularum Liturgicarum sanctitarum, in eadem Synodo, ut bidental ter-gisse videretur, qui vel Synodo, vel Confessioni ac Catechesi, vel formulis Liturgicis, fuisset ullo modo obloquitus. Erant enim passim in Ecclesiis Pastores piî, graves, eruditi, qui juxta id quod singulis in-iunctum est à Synodo Nationali, & ad quod singuli suâ subscriptione religiose obligantur, excubias agebant contra doctrinæ publicæ temerato-res, si qui vel tantillum extra oleas vagarentur: Quam rigide hic actum fuerit ante 32. annos contra Cel. Gomarum, quod videretur discessisse à Synodi Nationalis mente circa objectum Prædestinationis, invigilanti-bus tum Orthodoxæ, duobus Reverendis & Doctiis. Ecclesiæ Pasto-ribus, D.D. Emmio & D. Keuchenio ~~vñ tñ~~, multi adhuc recor-dari possunt. Nunc verò Novatores nostri, Synodi Dodracenæ placita formu-lasque alias consensu & cultus publici, alto despiciunt supercilium, nolunt videri illis subscriptis nisi dicis causa & quo sensu eas intelligunt, easque habent pro telis aranearum quas facilè perrumpunt grandiores muscæ. Certè & hic haud ita pridem auditæ sunt ferales istæ voces jactari à quibusdam afflatis sydere Novationum, quæ non alid collimant quam illius canonibus evertendis, *Quod si questiones quinquagintaane hoc nostro tempore tam illuminatæ ve-nirent decidenda, multo aliter judicaretur quam Dodraci factum est.* Ple-rique etiam Pastores, licet convicti in suis Conscientiis teterimorum errorum quos spargi vident, obliti suæ fidei, sue subscriptionis, sui muneris, in canes mutos abeunt, & ne offendant Proceres, qui Novatoribus favent ex nova Politica Lovestiniana, malunt esse Placentini quam Veronen-ses. Quamvis paullò antequam Daventria proderetur, cœperint illius loci Pastores quatuor animos resumere, & Coccei sententiam de Decalogo foederis gratiæ contractu, nec non revera Socinianum dogma de Christi fa-tisfactione ut ab illo explicatur, ad incudem revocare, quod utrumque er-orentueretur illorum Theologus Cocceji mirio, & admirari solitus homi-nes propter suam utilitatem; prout ex eodem vitio servili se paullò antea Chil-isticæ hæreses, contra viri boni officium, approbatorem constituerat.

Has autem Novitates hodiernas, tam pestilentes in se quam numero terribiles, & earum occasione natas dissensiones & rixas, merito causas dixerim præ aliis nostris peccatis, illius miseriae & vastitatis, quæ Deo placuit nos in re nostra literaria invisere. Præcurrit Ecclesiarum Galliæ præsenti angustiæ, innovatio doctrinæ de gratia & redemptione nec-non de imputatione primi peccati, quam Amyraldus cum suis, inflatus suorum mirionum laudibus adulatoriis, conatus est invehere. Sed multo plures & graviores Controversiae inter nos sunt excitatae per Novatores,

quæ nocentissimo fermento, totum corpus doctrinæ Ecclesiastice sic inficerunt, ut nullum sit Religionis Christianæ caput, cui infames istæ cantharides non insederint, quod noxiæ istæ harpyæ non corruperint. Non parcitum est S. S. Trinitati, quod nomen ferre nequivit nec voluit usurpare Coccejus Scripturarius, qui alias profitetur, se vocem *Transsubstantiationis* posse concoquere: Non Incarnationis mysterio, dum per Nestorianismum evidentem personam humanam assumptibilem à Λόγῳ fuisse Wittichius asseveravit: Non satisfactioni & merito Christi, dum alius ex merito Christi pro nobis dispungit obedientiam ab eo Legi præstitam loco nostro, & nihil ex ipsius passionibus satisfactorium statuit præter dolores quos sustinuit in cruce per triborum tenebrarum, impiè exclusis à nostræ redēptionis pretio omnibus præcedentibus doloribus Domini, & ipsa morte quā expiravit: ne dicam de Coccejo Passiones *anima* Christi, per *compassionem* erga nos explicante: Non Gratia per seipsum efficaci, eo quod juxta Wittichium, illius Gratia nec moveat nec determinet voluntatem nisi voluntas ipsa seipsum vel per prius vel unà determinet: Non justificationi gratuitæ per solam fidem, dum querunt rationem quā homo seipsum justificet, adoptant distinctionem Pontificiam justificationis primæ & secundæ, & justificationem suam ex fide restringunt ad vitam presentem, justificandi ex suis operibus, utirenter, in die iudicij: Non numero & conditioni Sacramentorum, quibus etiam Sabbathum sive diem Dominicum Semi-Judæi nostrates annumerant, imò & ipsam circumcisionem carnalem statuunt servandam & continuandam in Judæis convertendis ad Christum, & juxta suos furores Chiliaficos revocandis tandem in Palestinam, & Templum Hierosolymitanum omnemque cultum Mosaicum restituturis, & facturis, Christo duce, quod sub Antichristo eos facturos singunt Pontificii: Non Authoritati & Interpretationi Scripturæ per seipsum; nam Philosophiam suam volunt esse interpretem Scripturæ, & explicandam ex hypothesibus Cartesianis, ut licet dicat Scriptura Solem moveri & terram stare, contrarium planè debeat intelligi, & è contrario non stetisse Solem sed terram, tempore Iosuæ: Non Potestati S. Ministerii à Christo instituti, cui potissimum impugnando Novatoria gens totis viribus incubuit, prout Ægyptiis odisse Pastores solemne est. Quod præcentore Velthusio, fortiter præstitit Neomagi Wittichius: Alter eorum Judaism & ex Judaismo natum, Chiliasmum fanaticum, alter Papismum, alter Socinianismum & Pelagianismum conatus est promovere. Habent quoque Marcionitæ, Docetæ, Nestoriani, Eutychiani, & similes veteres heretici, quod pro suo agnoscant inter nostrorum Novatorum placita: & quamvis, instar vulpium Samsonis, sententiis & ca-

& capitibus inter se discepent, & in multis dīs dīa ntarōv à sé mutuo discedant, ut dum vītātī stūtī vītā in contraria currant, tamen per contractum in-nominatum, ut mūlī mutuo, umbones jungunt & coēunt in factiohem ad-versus paucos illos Orthodoxiæ tenaces, qui suis ob-sistunt Novitatibus.

Adhuc si illis objicias Scripturam, in accusationem Scripture conver-tuntur, & eam revera arguunt falsitatis, sublestâ & ridiculâ distinctione veritatis duplicitis, absolute & respectivæ, juxta quam id quod absolute fal-sum est & mendax, & quod tale esse non nescit Spiritus S. respectivè verum sit ex opinione erronea hominum quos alloquitur: Nec volunt suos conceptus Philosophicos subjecere Scripturæ, sed per suas Philosophicas imaginations corrigerere Scripturam; unde natus liber impius de Philosophia interprete Scripturæ, cui D. Wittichius præluserat suo libello, de abuso Scripturæ in rebus Philosophicis: Etsi postea ipse cum suis gregalibus ægerrimè tulerit meam Dissertationem de abuso Philosophiae Cartesiam in rebus Theologicis & fidei. Si ostendas pugnare ex diametro eorum dogmata cum nostris Orthodoxyi consensu formulis publicis, eas naso suspendunt adunco, & pro-vocant ad Scripturas, ac suos adversarios sycophanticè traducunt in suis prologis non tam galeatis quam cristatis imò cornutis, ceu filios Misch-næ, Propugnatores traditionum ἀρχαρῶν & hostes Scripturæ. Ut verè dixerim Novatores nostros niti solitos duobus oppositis principiis, alios in speciem rationis, alios Scripturæ, duplīcem nobis Quakerismum obtru-dere, haud absimilem ei quem haud ita pridem in Fanaticis tremulis ob-servavimus, nisi quod utrique fatuas suas imaginations, aliis propinant intrepide; Illi quidem jactantia suarum clararum & distinctorum perceptio-num, quas soli habent, nec aliis communicare & demonstrare possunt. Iste, textibus ipsis Scripturæ, in quibus sibi fingunt Centauros & Tragelaphos, dum, ut loquitur Petrus, in suam perniciem σφεβλῆσε Dei verbum, quos præter ipsos nemo quantumlibet exercitatis sit tensibus ad discretio-nem boni & mali, queat animadvertere. Volunt enim revera Novatores sibi credi quia sic dicunt, etiam dum contradicunt rationi & Scripturæ, non quia sic demonstrant ex ratione & Scriptura. Volunt sua recipi, tanquam Pythagoræ scita, Apollinis oracula, aut decreta Pontificis Ro-mani. Et cum licentiam sibi faciant ea rejiciendi, impugnandi & ever-tendi, que prius constanter in Ecclesiis & Scholis Reformatis obtinuer-ant, & quæ per plures annos eorum Seniores docuerant cum ædificatio-ne Ecclesiæ, quam ipsi menses in Scholis & Ecclesiis contriverunt mustei Doctorculi, nefas tamen volunt esse aliis sibi contradicere, eosque traducunt tanquam morosos, imperiosos & præsumptuosos, qui sibi tribuant in-falsibili-

fallibilitatem & nullum contradictorem ferant ; quasi ille potius non gestet Papam in pectore , qui solus putat se Vulcanum gerere in cornu ; coeteris omnibus , quod suos ignes fatuos sequi nolint , versantibus in tenebris .

Nec aliud prætexunt effreni illi licentie , quodlibet protrudendi in publicum , quam quod Ministri & Doctores Ecclesiæ debeat operam dare ut innotescat omnibus quod proficiant . At vero illi proficiunt in pejus , ut loquitur Apostolus de nonnullis , & Solem suum collocant in Cancro , qui γυμνὴ κεφαλὴ , & aperte deficiunt à fide semel tradita Sanctis , & veteribus remotis Veritatis columnis , novas suas cogitationes putres & puridas audacter earum loco substituunt . Laus esto sua tum demum novationibus cùm vetera retinentur , & Scribæ prudentes vetera & nova promunt ex bono thesauro sui cordis . Quam autem graviter peccetur , in illa novandi licentia , quid explicem pluribus ? Magnæ est gaudæcias & superbiae velle se unum præferre cæteris omnibus Ecclesiæ doctoribus ; ac illud quondam Abelardi usurpare , *Alii quidem omnes sic , ogo vero sic .* Hoc vitio laborare Jesuitas , eorum adversarii in communione Romana & ostendunt & detestantur . Nec illi Novatores pro legitimis Ecclesiæ Doctoribus sunt habendi , sed pro viperino illius partu , siquidem erodunt viscera suæ matris ut prodeant , & mutant Sionem Domini in turrim Babylonis . Tantus ne amor vos coepit vestrarum opinionum , ut earum obtrudendarum gratiâ ima summis misceatis , & malitis omnia rixis & libibus miscere , quam ab illis proponendis desistere ? In comitiis quondam Locrensum nemini fas erat quicquam novi proponere nisi fune prius inferto gulæ suæ , paratus ad suspendium , si iniusta aut noxia proposuisse iudicaretur . Et qui vult receptas à reformationis tempore in Ecclesia nostra sententias impugnare , eo ipso sibi suscitat & optat adversarios , quorum Elenchum & redargutionem sustineat ; ut semper plus damni & scandali ex illa animorum collisione in Ecclesia oriatur , quam utilitatis vel ædificationis , ex novis illis opinionibus , quantumlibet fortè veris , quibus societas fidelium hactenus carere potuit sine salutis dispendio . Quanto igitur nocentiores si deprehendantur falsæ & erroneæ , & quæ non possint catinum veritatis , & ignem verbi divini , quo omnia probantur & foenum ac stipula ab auro & gemmis distinguitur , sustinere ?

Taceo quod ubi Ecclesia pulsatur novis ejusmodi questionibus & controversiis , docentes & discentes eunt in partes , alter fit Cephæ alter Pauli , à fundamentalibus ad ~~παρατίχη~~ excurritur , & minus vivide & coram contradicitur apertis hostibus Veritatis & Ecclesiæ . Quin & illud certissimum est , nostros sciolos Novatores , lambere vitrum solidioris Theologiae

logiæ , & vel ex putida ignorantia Controversiarum quæ Ecclesiis Reformatis intercedunt cum Pontificiis & aliis earum adversariis publicis , vel ex destinata malitia , viam sternere multiplicem transfugio ad Papismum , vel Socinianismum , vel Remonstrantismum , vel etiam Libertinismum & Atheismum , quod in proclivi esset demonstrare per varia capita , nisi jam justo longius mea oratio excrevisset .

Quid ergo miremur Deum nostris novationibus , & propter eas rixis , odiis , dissidiis irritatum , Patriam & Ecclesiam tot cladibus invadere & nos ad Pacis & Veritatis studium solidum & sincerum revocare , ut tandem aliquando discamus idem sentire , idem docere , idem loqui , ut nos esse discipulos Christi & genuinos Galilæos ex nostra loquela aliis innotescat ? Nunquam Ecclesia Belgica tam gravi pulsata fuit tempestate , ad cuius comparationem revera malacia fuit Remonstrantismi tempore ; ut nisi Deus illius misereatur magnis passibus ad ultimam sui ruinam progredi videatur . Ac jure merito in hac omnia novandi licentia , quæ & Scholas & Academias & Ecclesiæ Belgii instar morbi Epidemici peruersit , inculcata velim verba Facultatis Theologicæ Leydensis in suo iudicio vexata imputatione primi peccati per Salmurienses , & annexa D. Riveti opusculo ea de re edito anno 45 hujus saeculi : *Terminus , bene positos movendos non esse , jam vetus dictum est . Et sane si ulla in re nouitatis pruritus canendum est , in articolis fidei maximè caveri debet ; Nec dici satis potest quam male de Ecclesia Dei illi mereantur , qui privatim suis opinionibus adeo blandiuntur , ut eas omnium fratrum suorum . Indiciis anteponant .*

Nulla fuit Scholarum nostrarum quæ illa novationum peste , illo novaturiendi pruritu & cacoëthe , non laborarit . Hæc solùm hactenus suam servaverat puritatem , usque ad annum 1667 . quo cœperunt , inanitæ antea contentiones emergere , altero Theologo , tam cruda & male fana ac auribus Christianis male sonantia defendente , ut nisi lex Julia dormiasset & plus indulsum fuisset favori ac personæ quam causæ & veritati , ad honestam retractationem , usitatam tali casu in Academiis , Novator adactus fuisset . Aliquid tamen similitatis occultæ olim serpserat inter Gomarum & Altingium piæ memoriaræ , quod hic Piscatoris discipulus fuisset & crederetur illius fovere sententiam , de justificatione ex sola obedientia vel justitia Christi passiva , à qua Gomarus vehementer abhorrebat ; ille vero supralapsariam prædestinationem tueretur . Sed Altingius ut prudens erat & moderatus , ita semper pressit suam de justificatione sententiam , ut nunquam potuerit Gomarus occasionem reperire cum eo de illa contendendi .

tendendi ; at ubi Gomarus voluit in apicum prodire de prædestinationis objecto , ita severè in eum fuit animadversum , quod hanc suam opinionem sibi non servasset , ut hæc flamma longius non processerit ; quamvis non defuerint & hic & alibi , qui gladio hunc ignem fodicare tentarent . Et quamvis Cartesianismus , reclamantibus Academias legibus , etiam hic sedem suam fixerit per unum aut alterum Philosophum . , occasione dissidii & emulationis præcedentis inter duos Facultatis artium Professores , nihil inde tamen accesserat perturbationis in doctrina Theologiae ; & Theologi patiebantur homines Philosophos , se jactare pro lubitu in tricis & nugis Philosophicis , iisque magis physicis quam metaphysicis , quamdiu suam falcem in messem Theologicam non immittebant .

Sed Academia Frisica vix quieverat à rixis internis , quibus , in paucis tamen capitibus , concussa fuerat per dissidium Amesio-Maccovianum , & à Paradoxis Zydlovii , que tamen evigilante Ecclesia non impunè promulgavit , cùm etiam hodiernarum novitatum Cartesiano-Theologicarum & aliarum , incendium eam corripiuit , non per ulla ex suis Professoribus Theologis , sed contra eos ; maximè per novitium quendam Doctorem , qui tandem Politicā & Ecclesiasticā autoritate fuit mediocriter repressus : Jactabat quidem Catechistes approbationes quasdam emendatas novellorum Novatorum , quos inter non desuit unus , aliás intestabilis , cuius quatuor insignia & impudentia mendacia alibi notata sunt ; Sed multo plures & saniores Theologi errores ejus improbarunt & condemnarunt .

Lugduni Batavorum , post obitum Spanhemii & Triglandii , cœptum est disceptari inter Hoornbekium Ultrajecto evocatum & duos suos Collegas , Coccejum & Heydanum , de moralitate quarti præcepti , quam hi duo absolute negabant ; Coccejus apertius , Heydanus paullo moderatus , uterque tamen contra quam docuerant constanter sui in illa Academia prædecessores , nixi à tempore Synodi Nationalis Dordracenæ , illius decisione ac decreto ; Illi rixæ aliae accesserunt longè graviores inter hos trium viros , eoque processit hoc dissidium , ut Superstitum alter oratione funebri Hoornbeckio-parentaturus , loco Pænegyrici , Philippiam in mortuum habuerit , quod eo usque displicuit Amplissimo Senatu Leydensi , ut eam typis describi prohibuerit . Sed cœptum Leydæ incendium , Ultrajectum vicinum evolavit , unde tam multa inter Ultrajectinos & Leydenses Theologos postea , non solum iterum de Sabbatho , sed de dætra & wafera , & novo , quod soli fanatici & furiosi defendant , illis duabus voculis inædificato dogmate Coccejano , pios V. T. non obtinuisse remissionem peccatorum , & omni fiduciâ & certitudine salutis fuisse desti-

destitutos , ut pote ex metu mortis totâ suâ vitâ subjectos servituti ; quod prolixissimum syrma absurdorum secum trahere est certissimum .

Ubi verò Burmannus ex Collegio Leydensi ad Academiam Ultrajectinam acceffit , additum est oleum camino . Nam ille in concionibus ad populum , in lectionibus , in disputationibus & corollaris , in scriptis eristicis , in Senatu utroque Ecclesiastico & Academicō , Cartesianum & Coccejanum , vehementer & constanter contra suos duos Collegas , Voetium & Esseniū , propugnavit ; fretus auctoritate Superiorum , quem favorem . haud difficulter obtinebat , partim ex veteri Procerum illorum rancore contra Voetium , quod olim visus fuisset vehementius velle quicquid volebat , & nonnullas , uti loquuntur , præcisisates & minutias urgere præcisius ; ut vir Doctus , primum amari cooperit ; deinde metui , quod multum posset apud plebem ; tandem odio haberi & contemni ; partim verò quod major pars Magistratus illis , per plures annos distincti in *Protestantes* & *non Protestantes* , sive potius Possidentes , Lovestinianæ factioni effet addicta , cujus ingenio & palato Theologia Cartesiana valde erat accommoda : Facilius enim plaudunt homines sue incredulitati & contemptui religionis omnis , ubi assueverunt de omnibus dubitare , & de omnibus dubitandum , etiam de Dei existentia , esse sapientiae humanæ principium , jugiter audiunt .

Id sane mirum in Magistratu Ultrajectino ; quod cùm primum ex favore singulari in Voetium , Cartesio satis grande stigma inussisset , eumque & ignominiosè citasset ad sonum campanæ , & per contumaciam condemnasset , postea passus sit in despectum Voetii , urbem suam fieri Acropolim & Capitolium Cartesianismi , longè nocentioris quam Cartesius unquam defendere cogitasset . Solebant enim ab aliquot annis nonnulli Pinarii & Potitii fratres ex ima cavea Religionis Cartesianæ & Catilinariæ , singulis scptiñanis suas Mercuriales habere inter pocula , sive potius suas Congregationes de propaganda Cartesiana fide , quarum quamque D. Voetius solebat , *Eruditorum diarium , le journal des savans* , appellare , in quibus de secta sua promovēda , tam Theorriticè quā Practicè subtilia agitabant consilia ; Præses conuentus erat Velthusius , homo Numinis & Pietatis sic satis securus ; Aderat Burman . Theologus , & quidam alii intimæ admissionis Professores Philosophia & artium , cū quibus correspondebant aves concolores , Leydæ , Amsterodamo , Neomago , Teutoburgo , Franekerâ , forte & Groningâ . Et tanta erat necessitudo inter hos conjuratos , ut sibi invicem suos novos conceptus communicarent & ad alios missitarent ; Etenim dum confero censuras dictatas a Wittichio ad meum Systema cu Burmanniana Synopsi , ubi prodiit , deprehendo subinde integras pe- medos

riodos iisdem verbis expressas , ut alteruter ex altero descripsisse debuerit ; & omnia ferè illa capita de quibus ante biennium , præter propter , Heterodoxia litem movit Velthuusio Synedrium Ultrajectinum , à Dictatore Neomagiensi asserta & defensa reperi. Quin fando accepi personati Petri ab Andlo , satyras mihi oppositas in gratiam Cartesianismi & Socinianismi , dum se parabat ad justum prælium Theologus Pacificus , in illo antro Trophonii Ultrajectinorum Deipnosophistarum , eusas fuisse , unoquoque eorum suam symbolam ed conferente.

Eo tempore Neomagiensis contemplator solus vacua dominabatur in aula , & malagma conficiebat monstroſe sua Theologia , ex obscuris & intricatis Cocceii cogitationis & ex claris ac distinctis perceptionibus Cartesii , ex quibus suas adversus me censuras confarcinabat ; *Diversum confusa genus panthera camel.* Daventriensem rixæ domesticæ cum Ecclesiæ illius Ministris non sic exercebant , quin etiam pleraque Coccejana admirarentur & adoptaret quæ non intelligebat , & Chiliaſticis deliriis alterius adularetur ; & quamvis non planè initiatuſ mysteriis Cartesianismi , ad factionem tamen illuminatorum , quantum poterat accedebat , ut in illa effet instar auditoris apud Manichæos ad eorum Electos , vel ut Jesuitæ Laici & in voto ad Jesuitas in habitu , eorum suffragiis participaturi .

Harderovici quoque suos patiebantur manes ; cum nec duo ordinarii Theologi satis inter se consentirent , dum alter insistebat viæ regiae & cum extravaganti Philosopho coniscare cogebatur , alter Coccejanos sectabatur mæandros , non tam quod illas difficiles nugas assequeretur , quam quod putaret ad eruditioſis majoris laudem spectare , gryphos proponere juventuti , solitæ ea pluris facere quæ minus intelligit . Hi duo , extraordinarium Collegam erant recens consequati , miri , si ex ungue leo innoſcat , hominem ingenii , qui educatus ad pedes Gamalielis Leydensis , ſuum tamen præceptorem Coccejum nauci faciebat , & nova novorum , quæ multis parafangis Coccejana ſuperarent , discipulis ſuis , si quos nan- ciceretur , promittebat . Ipſe quoque Bucosducensis Theologus Vogelſangijs , etiam his certaminibus inclarescere voluit , & modò hunc ſibi concivit adverſarium , modò illum , ſic tamen ut noluerit expers Novitatis in ſcena comparere , & in me quoque circa nonnulla incurrire , forte ut placet alii , nominatim in gratiam ſupralapsariæ prædestinationis ; quam non minus inſolenter à me nunquam offenſus vel laeſitns , directe contra me ſuſcepit deſcendendam , quam indocte & parum ſolidè id preſtare annixus eſt : Adeo ut omnes noſtræ Scholæ Theologicæ ante hoc ferale bellum , rixis & contentionibus aſtuarint , natis ex noviſ & ſingulariibus

laribus opinionibus , quas quilibet certatim , ut novus author quiret haberi , excogitare conabatur & protrudere fatagebat .

Serpebat quoque ea peſtis ex Scholarum pomeroiis ad Templorum amboſes , & ipſorum Paſtorum tum linguaſ tum animoſ , inter ſe dividebat , cum plebiū ſcandalō & offendione . Interea quisque ſic attendebat , ſuis Novitatibus , ut nemo linguaſ moveret contra adverſarioſ aper- toſ Eccleſiæ Reformatæ ; Socinianoſ , inquam , Pontificioſ Anabaptiſtaſ ; quoruſ libri quotidie in hoc Belgio prodibant & manebant irre- futati , cum probro tot Professoruſ . Non amabant Leydae in eo genere nimium diligenteſ , nec alia de cauſa exoſus fuīt Hoornbeckius , ſuis Colle- giis , quam quod frontem obverteret cordate Judæiſ & Socinianis ; Et ſi quæ Coccejuſ ſcripturire tentabat adverſuſ Pontificioſ de Principiis fidei , adverſuſ Equitem Polonum tergiversantem pro ſuis Socinianis , & adverſuſ Judeoſ , tam obſcura & intricateſa fuerunt , ut videretur ideo nolle intel- ligi , ne ſibi responderetur , aut ſuis cum illis syncretiſmuſ proderetur in multis . Cauſa Spanhemii τὸ μακάριον contra Gratiam & Redemptio- nem universalem , ab omnibus Academiis & Scholiis Belgii ſolemni- ter approba- ta , non reperiit Leydae inter illius Successoreſ qui eam defenderet . Duo peſtilentiaſſi libri ex officina Carteſiana in Hollandia prodierunt , alter de Philoſophia interprete Scripturæ , hominiſ notoriè Sociniani , al- ter ex Iudæi Athēi , planè impiuſ de Libertate Philoſophandi ; ſed nullus ex Novantibus Theologicæ Professorib⁹ , natiſ ſcilicet ad majora , al- terutrius refutationem ſuſcepit .

Igitur inter peccata Clamantia Belgii , quæ iram Dei adverſuſ nos concita- runt , annumerari debent innovatio multimoda doctrinæ illius ſalutaris pro qua- tantum ſanguinis fuderunt patres noſtri , & ex ea innovatione nata diſſidia & odio fratrum plusquam vatiniana & interne- cina , Eccleſiæ Belgicæ pro- brum , iuſtificationes adverſarioſ , ſcandala infirmiorum , propagatio deni- que Libertiniſmi , Indifferentiſmi & Atheiſmi , palam graſſantis ; cum ho- mines affuſeſtant nihil credere ubi vident omnia in dubium vocari , & in bello plusquam civili , pares aquilaſ & pila minantia pilis , ut neſciant cum Maſio quid ſe vertere queant . Quantum ergo nobis cordi eſt ſalus Patriæ , Eccleſiæ tranquillitas , Aedificatio publica , Religionis Christianæ stu- dium , ſcandalorū extinc- tio , fidei ſemel traditæ ſanctis conservatio , amor unitatis , tantum debemus querere rationeſ , ſcandalofaſ iſtas rixas & Novationes ſopiendi ac deinceps præcavendi , & ſancti ſin- cerique conſenſuſ hatmoniam reſtituendi & retinendi . Quam jucundum & bonum eſt fratreſ ynā habitare ! Nulla ſalus bello pacem te poſcimus omnes .

omnes. Finis etiam belli pax est, nec audiet Deus pacis vota nostra pro pace civili, quamdiu fovebimus inter nos bella Ecclesiastica *nullos habitura triumphos*: Si quis velit esse contentiosus, inquit Paulus, nos non habemus talem consuetudinem neque etiam Ecclesiae Dei.

Non deerunt forte qui putent hęc dissidia esse toleranda, quod tolli non possint; Nonnisi ex parte nosse nos & ex parte prophetare; In libera Rep. liberas voces esse debere; Suis intestinis disputationibus laborare Ecclesiam R. cui tamen nihil perit per dissidia Scotistarum & Thomistarum, Nominalium & Realium, Jansenistarum & Jesuitarum, manente distinctione inter questiones Theologicas & fidei; Manere nihilominus inter nos cultus ut inter illos unitatem; Jamdiu Reformatos offerre Lutheranis, qui etiam laborant suis rixis domesticis, & ab ipsis petere, tolerantiam mutuam; cur non pariter, eam sibi invicem prestant nostri Theologi? Nec Prophetias contemnendas, nec extinguendum esse Spiritum; Prædecessores nostros non omnia vidisse; & siquidem opposita juxta se posita magis elucent, hac ratione veritatem magis elucidari. Verum ut non nescio Deum ex nostris tenebris lucem suam educere, vñ tamen illis qui spiritu contradictionis acti tenebras offundunt luci: Veritas est modestè & diligenter indaganda, sed altercando amittitur: Libertatem Prophetandi Vorstianam, sapientes omnes semper judicarunt meram esse licentiam, quā omnes solent fieri deteriores: Alia foret ratio tolerantiae reciprocæ inter duo corpora Ecclesiastica, planè distincta, qualia constituant Reformati & Lutherani; alia tolerantiae errorum & litium ex illis perpetuarum, in eodem corpore: In illa nihil foret periculi; sed multum emolumenti contra communes Euangelicorum hostes, quoniam vis unita fortior: Sed ex hac, qualem etiam petebant olim Remonstrantes, quos belile nostri inculcando Gamalielis confilium imitantur, qui sub prætextu commendandæ sufficientiæ & perfectionis Scripturarum, ac si nos cum omnibus Protestantibus earum plenitudinem bonā fide non adoraremus, nolunt constringi formulæ consensus Orthodoxi Ecclesiae Belgicæ, nihil potest ædificationis expectari, sed multum offendit & damni, remigantibus plebium animis, ut loquar cum Optato, inter unius *Ajo* & *Nego* alterius. Ne dicam laudari à Christo Angelum Ephesinum, quod non posset ferre malos. Rixę si quæ sint inter Lutheranos, non feruntur tamen in iisdem Scholis vel in eodem territorio; Supremus quilibet Magistratus, suos Theologos continet in Concordia & Officio.

Quantum ad Ecclesiam Romanam, nihil magis eam Babelem facit & demonstrat, quam illa quidlibet sentiendi & à quolibet dissentiendo liberatas;

tas: Nihil etiam magis promovet inter Pontificios Impietatem & Atheismum: Quonam processerit Probabilitas Jesuitarum, juxta quam vel Doctoris unius authoritas, facit rem probabilem, quam tutò in conscientia sequaris, in ipso Papatu ostenderunt Jansenistæ. Quin ex Jesuitis ipsis Joannnes Mariana in Diatriba de vitiis quæ irrepserunt in regimine Societatis sua cap. 6. fusè queritur tanquam de maximo malo quod in studiis artium & Theologicis parum proficiatur apud suos, eo quod parum sit inter docentes *univis*, unoquoque viam quam sibi fixit insistente, adeo ut id ab alio habeatur pro claro & evidenti, quod alter negat verum esse; Et sic, inquit, *nostrorum hominum doctrina*, evadit similis tela Penelopes in qua nocte retexitur quod interdiu textum fuerat. Addit quod *intra paucos annos omnia mutentur*, non tantum in opinionibus, sed etiam in terminis & formulæ loquendi, ut post sexennium se mutuò non intelligant, nec qui ab una Schola veniant in altera intelligentur. Quapropter sua proponit consilia per quæ illi malo occurratur, & sui uniantur in eadem doctrina, ac præveniantur Novitates quæ plerumque sunt periculosæ & noxiæ.

Denique istis Charitativis in speciem Theologis, qui tantopere extunt tolerantiam suarum novarum opinionum, licet eversivarum doctrinæ antea constanter receptæ in Ecclesia Belgii, iisdem cum Socinianis infestando lineis, ut video factum in nupero Belgico scripto cuiusdam Petri Allinga Enchusani, contra suum popularem & conciyem Hermannum Witsium Ecclesiastem Leovardiensem, id unum velim objicere, quod ista sua nova dogmata, habeant ipsi pro necessariis in Ecclesia & ad salutem requisitis, vel non. Si nequidem vos ea necessaria judicatis, an non præstaret ea silentio premere & apud vos reticere, quam illa evulgare & mordicus tueri, cum diffensione ab aliis fratribus & offensione publica? Id pugnat utique cum Charitate & Prudentia Christiana: Si vobis vero veltra hæc crepundia tantæ videntur necessitatis, ut illis Ecclesia carere nequeat, cur ægrè fertis ea notari, rejici, refutari ab aliis, qui illa & nova, & noxia, & necessiariorum eversiva judicant?

Cum ergo & graviores sint nostræ diffensiones & periculosiores nostrorum Novationes, quod intra septa Scholarum, ut Jesuiticæ, non maneant, nec unius superioris capituli compesci queant, ut in Papatu & Jesuitarum sive Solipsorum regno, jure merito, de illis tollendis non tolerandis, deliberandum omnino est: Alias excrescent in infinitum, & instar gangræne corpus totum miserè conficient; oppriment zizania triticum, ac infelix lolium & steriles dominabuntur avenæ; magna enim exempla non consistunt ubi coepérunt; ex ovo parvo Crocodili grandis & nocentissima

tissima excluditur bellua ; tandem fit surculus arbor , & qui primum levis furanculus apparebat , degenerat , si negligatur , in anthracem . Tristis quoque foret meliorum conditio inter docentes , si ipsis nefas esset ea quæ semper pro veris & certis habuerunt & docuerunt , tueri contra Novatores qui sibi jus & licentiam faciunt , ea fuggillandi , evertendi & impugnandi : Notum illud JCtorum , quod quisque juris in alium stauerit , nisi ipse eodem iure utatur .

Ad te provoco , Celeb. Spanhem , & ad eloquentissimam tuam Orationem inauguralem in Acad. Leydensi ante bientum habitam , de Prudentia Theologica , quæ testatus es quantopere averseris omnem in Theologia Novitatem , & ea nova te averlari , piè utique & sanctè profiteris , quæ post restitutam à majoribus fidem & scriptas formulas & junctas Ecclesiarum dextræ , abeunt quocunque tandem obicien , ( veritatem certè nullus non novator obredit ) à communī Theologorum sensu & publicis tabulis , gratiamque sic apud multos inveniunt , plerosque ut commoveant atque conturbent ; Et proptererea semper tibi ex animo condolui , quod in medianum Novatorum fornacem incideris , & inuitus collegam sis consequitus , qui Arminios , Vorstios , Episcopios , infensa huic Reip. nomina , ut loqueris , Novationum atrocitate supereret ; nec alii ferè conferendo in heterodoxiis & prodigiosis Novitatibus , quam uni nostri ordinis in hoc Belgio ; qui etiam gestivit haud ita pridem ipsius fieri Collegā , parario homine ple- no venti , misello Grammaticulo , ut haberet simile patella operculum .

At verò non querendum est hoc tempore quomodo in has rixas & in hęc diffidia sacra inciderimus , sed ut quondam de peccato originali noster loquebatur Augustinus , quæ ratione ex profundo hoc putoe quantocyūs educamur . Hic autem ejus rei confiendæ feliciter , eas rationes cum Deo sum propositurus , quas nemo pius , nemo modestus , nemo honestus Theologus , nemo pacis & Ecclesiae studiosus , ausit respuere .

Primo igitur veliti in posterum omnem admittendum porrà in hoc Belgio ad Professionem Theologicam , & quemque eorum qui jam eā funguntur , jurare solemniter , & suæ manus subscriptione confirmare , profiteri & promittete , citra ullam restrictionem aut æquivocationem mentalem , se constanter in suo munere adhæsurum , formulis Orthodoxi confessus Belgicarum Ecclesiarum , Confessioni nempe , Catechesi , & Canonibus Doctrinalibus Synodi Dordracenæ , de quibus persuasus sit eas esse penitus conformes Dei verbo Canonicis Scripturis expresso ; à quibus formulis propterea , uti jacent , nunquam directe vel indirecte , privati-

tim vel publicè , sit , Deo dante , recessurus , aut quicquam propositurus , defensurus , approbaturus , quod illis ullo modo adversari , suspicabitur aut observabit .

Secundò , velim quoque hanc promissionem & declarationem extendi ad omnes alias publicas Confessiones Ecclesiarum Protestantium , quæ nuncium nobiscum Antichristo & sedi Pontificia remiserunt , quod magis sollicitè profiteamur Communionis Sanctorum resarcendæ & retinendæ studium ; nominatim ad Augustanam , Gallicam , Anglicanam , Scoticam , Helveti- cam , Embdanam &c. quo usque scilicet nihil nostris tribus Symbolicis scriptis ineft quod illis aliis aliarum Ecclesiarum formulis deroget & adver- tur .

Tertio , velim quoque Professores omnes Theologos unā & eodem modo promittere , quod sint doctrinam istis formulis comprehensam non solum diligenter tradituri & fideliter propugnatūr , sed etiam refutaturi cordeate omnes errores illis quomodocunque contrarios , vel in illis con- demnatōs , & pro nosle & posse illis obstituti ; servatis in ista declara- tione iis verbis , quæ extant in formula præscripta à Synodo Nationali Dordracena Sess. 175. addita tantum eā extensione , quam secundo loco necessariam judicavi . Synodica formula sic habet .

**N**os infra scripsi Professores S. Theologiae in Academia N. seu in illis- tri Schola N. seu nos Regens & Sub-Regens Collegii Theologici N. declaramus sincrè & bona cum conscientia , coram Deo hac nostra subscripti- one , nos corde sentire ac credere , omnes Articulos & singula capita doctrina in hac Confessione & Catechesi Reformatarum Ecclesiarum Belgicarum comprehensa , & simul etiam Declarationem nonnullorum ejusdem do- strina Articulorum in Synodo Nationali anno millesimo sexcentesimo & de- cimo nono Dordrechti factam , per omnia verbo Dei consentire . Qua propter promittimus nos hanc eandem doctrinam diligenter esse tradituros , & fi- deliter propugnaturos : neque quidquam adversus illam doctrinam , publicè aut privatim , directe aut indirecte docturos esse aut scripturos ; Uti quoque nos non tantum omnes errores , huic doctrina contrarios , ac nominatim etiam illos , qui in predicta Synodo sunt condemnati , reijcere , sed etiam eosdem velle refutare , eisdem nos opponere , atque omnem dare operam , ut ab Ecclesiis arceantur . Quod si verò posthac forte eveniat nos adversus hanc doctrinam aut considerationem aut sententiam diversam mouere , promit- timus etiam nos eandem nec publicè nec privatim proposituros , doctu- ros , aut defensuros , sive concionibus , sive scriptis ; sed nos eandem prius .

prius atque ordine Synodo Provinciali , sub qua sortiti sumus ; plenè manifesturos , aut ejusdem Deputatis , ut sententia illa in predicta Synodo plenè examinari queat : parati nos judicio predicta Synodi semper , ac volenti animo , subjcere , sub pena , si contrarium à nobis fiat , ut à Synodo debita censurā notemur . Sin autem Synodus aliquando propter graves suspicioneum causas , ad conservandam Doctrina unitatem ac sinceritatem , à nobis postulare voluerit , ut sententiam nostram super aliquo capite hujus Confessionis , Catechismi , aut Declarationis Synodicae latius exponamus , aut pressius declareremus , promittimus etiam simul , nos omni tempore ad praestandam hanc declarationem promptos paratosque fore ; sub eadem , qua supra dicta fuit , pena : salvò tamen iure appellationis , si forte sententia Synodi nos gravatos existimaverimus , quâ appellatione durante , nos Sententia & Constitutioni Synodi Provincialis acquiesceremus .

Video quidem in operibus Wallæi , par . 2 . pag . 422 . aliquid huc fuisse motum difficultatis , non quoad rem ipsam sed quoad rei modum , à facultate Theologica Leydensi , cùm à Synodo Zuydhollandica hęc subscriptione exigeretur . Nam Theologi Leydenses pertendebant sui juris esse comparere in Synodis suę Provincię , cum pleno suffragio deliberativo & decisivo , quod afferebant etiam in Synodo Nationali constitutum fuisse , et si præ festinatione nimia annotatum non fuerit , in eo provocantes ad Præsidis D . Bogermannii memoriam . At tum ipse Synodi , suis de causis , quas tamen judico potius gloriolam aliquam humanam spectasse quam gloriam diuinam , afflores secum Theologos habere recusarunt , et si nihilominis illos suę jurisdictioni per hanc subscriptionem mancipatos optarent . Ad Synodorum ergo instantiam respondebant Theologi , consultis etiam Academiæ Curatoribus , se quidem penitus approbare istas formulas , illisque jam subscripisse , & habere librum in Archivis suę Facultatis quo continerentur tres illæ formulæ Symbolicæ , ei usui destitutum , ut omnes accessuri deinceps ad ptofessionem Theologicam , illis pariliter subscribant ; sed Ordines Provinciæ , decreto sibi insinuato per Curatores , eos excusare ab ulteriori subjectione Synodis particularibus , donec de correspondentia inter Facultatem & Synodos , id fuerit constitutum quo nihil derogetur prærogativæ , dignitati , & immunitati Academicæ . Postea verò , ut ex eodem Wallæo ibid . constat , cùm fuit de forma & modo illius correspondentiæ , decretæ etiam ab ipsis Ordinibus , ceu prærequisitiæ ad illam subscriptionem ; sed non potuit haec tenus , quod sci-am , inter partes de eo convenire . Putem tamen quod missis inanibus scrupulis

scrupulis honoris humani , de quibus etiam tollendis adhibita prudenter & charitate in consilium , facile conveniret inter Professores & Synodos ; cùm & illi primum ordinem Ministrorum Ecclesie constituam , juxta Canones ipsos Ecclesie , nec magis subjicerentur eā ratione Synodis , quam sibi cætera membra Synodi , quæ ad similem subscriptionem & sub tali clausula , ut notum est , obligantur ; & quod magis quemque Professorem puderet talis judicii aleam sustinere , sed etiam dautius mercaretur in suo malnere , & ab omni aberratione à formulis nostris Symbolicis abstineret . Fateor quod si uno tantum loco docerent omnes Belgii Professores , numero sex vel septem , isti Collegio dubitans Collegia de aliquo doctrina articulo , sua dubia posset aperire , & deberet totius Collegii stare iudicio , ex regula Apostoli , quod Spiritus Prophetarum Prophetis subjiciantur , prout singuli Provincie Pastores , Unitati fratraru[m] siue Synodo Provinciali , subesse tenentur ; sed quamdiu Professores manent separati per distinctas Provincias , ad decretam in Synodo Nationali subscriptionem sunt adigendi . Absit à modesto & prudenti Theologo , ut velit imitari fastum Papæ , sibi tribuentis quod sit Pauli homo spiritualis qui omnes judicat & omnia , & à nemine judicatur . Qui posset Independentes Enthusiastas refutare , qui vellet esse independens ipse & nulli subesse Ecclesiastico iudicio .

Quarto velim Professores Belgii considerantes se speciatim esse Ministros Ecclesie Belgicæ , solemniter itidem polliceri , se in exponenda Sacra Scriptura , ita explicaturos emphasis , ubi opus erit , textus originalis , ut nunquam tamen directe aut indirecte carpant vel refutent Versionem Belgicam , publica Ordinum Generalium authoritate fultam ; sed è contrario eam vindicent à nostris adversariis publicis , qui solent subinde eam vellicare & allatrare : Quem etiam honorem promittant se delatu[ro]s , Annotationibus Belgicis , eadem authoritate Synodi Nationalis , conscriptis , à Revisoribus una cum textu recensis , & in singulis Provinciis Politice & Ecclesiastice receptis & approbatis : Ut certè in hoc opere insigne opus zeli & pietatis præstitum sit , quod publica authoritate edita fuerit vernacula versio Sacrae Scripturae valde accurata , & eruditissimis ac solidissimis notis marginalibus illustrata ; ut invideant honori Belgicæ Ecclesie , & ingratum erga Deum animum suum prodant , qui eximium hunc nostri Belgi thesaurum , maligne depreciant , canino dente ipsam versionem rodentes , etiam pro concione ut doctiores appareant , & ipsis annotationes calumniantur scatere contradictionibus , quas neimpudent per ea Telescopia , per quæ ipso meridie , & maculas in Sole , & homines in Luna , & capras in aere liquido saltantes , possunt obser-

gare. Neo tamen velim Professorem Theologum Glossam ipsam habere pro Canonica, & pari Venerationis cultu cum ipso textu suscipere, aut nihil præter illam inculcare suis Auditoribus, quasi nihil amplius restet in Scripturis enucleandum & explicandum & in quo suam industriam & eruditio-  
nem & exp̄s̄as exercere & explicare possit: In textu sacro, ut in infinito, semper aliquid restat sumendum; etiam si idem non sumpseris. Sed velim ut si quid in hac Glossa reperiatur, quod vel non assequatur vel non placeat, id silenter & prudenter prætereat ac dissimulet, nulloque modo, publicè aut privatum, directè vel indirectè mordeat aut refutet; Nam quod tibi non placet alteri fortè melius placebit, & quam turism rotundam arbitraris, alter quadratam deprehenderet. Amplius deferri debet honoris scripto publico rotius Ecclesiæ, quam ut in illud vel censoriam tuam stringas virgulam, vel tuam crismatione fine ex vi exerceas.

Sexto, id quoque debent porrò promittere Professores, præsentes & futuri, quod nunquam velint privatum aut publicè improbare vel impugnare Canones ullos Disciplinae Belgicæ, sancitæ in Synodo Nationali, sed è contrario eos, ubi fuerit opus, adversus quoslibet tueri & defendere; & quod nominatim, circa materiam Sabbathi velint deinceps starre judicio Synodi ejusdem Nationalis Dordracenæ, nec unquam ei obloqui, aut ulteriū procedere: Considerando, quod licet provisionale videatur, id tamen omne quod provisionaliter à superiori confessu fuerit constitutum, tamdiu tenere, donec per similis authoritatis confessum, immutatum fuerit. Et certè hoc in capite est mira exaltatio hodiernorum Novatorum. Coccejani & Cartesiani Sabbathi legem merè cæremonialem faciunt in Decalogo, ut nosullo modo eā teneri negent; Semi-Judæi è contrario, eam faciunt in æternum cæremonialem, quod institutionem contineat Sacramenti communis utrique Testamento. Eandem promittant sibi fore rationem formularum nostrarum Liturgicatum in eadem Synodo Nationali sancitarum, quæ ad nostrum cultum publicum pertinent, ut nihil unquam dicant vel doceant quod illis aduersetur, sed è contrario eas contra quoslibet hostes nostra communionis cordate propugnent; Illas enim hactenus neglectas & impetas per Novatoros fuisse, est certissimum.

Septimo, pro eo quod hactenus quisque ex philautia vitio, quo nemo non laborat, quæsivit novos conceptus suos introducere in Theologiam, & alienos carpere & suggillare, cœū minus accuratos, in posterum omnes sanctè promittant, se deinceps, omnia consilia sua ad concordiam, unitatem & uniformitatem doctrinæ, cum suis Fratribus & Collegiis religiose directuros; nihil unquam dicturos aut facturos scientes & volentes,

quo

quo quisquam eorum jure offendit, & ad sui aut suæ sententiae defensionem excitari posset, nihil in suis lectionibus publicis, privatis collegiis, vel in disputationibus, corollariis aliisve scriptis, unquam inserturum, aut inseri passurum, quo alter sui ordinis in Belgio, ullo modo ladi vel exacerbari queat; Sed è contrario honorem, famam & existimationem cuiuslibet alterius sui Collegæ, & fratri ac Symmystæ in Christo, sive doceant in eadem Schola, sive in diversis, omni modo procuraturum, conservaturum & defensurum, ut decet filios pacis: cum hac declaratione singulorum, quod si secus fecerint, contra bonorum virorum officium fecisse censeantur, & ad injuriam reparandam quomodo illata fuerit obligentur. È rationale deinceps animi singulorum afflucent, laudem, gloriam & celebritatem sectari, non ut antea ex opinionibus paradoxis, singularibus ac novis, adeoque ex dissensiis ab aliis, qui sine rixis abiit nequit; sed potius ex suo consensu cum suis omnibus Symmystis, atque pio studio servandi unitatem spiritus per vinculum pacis. Celebritatis desiderium per se culpandum non est: Crescit laudata virtus, & attentiū auditur, ac plus proficit apud discipulos & auditores, qui ab eruditione estimatur, & immonsum gloria calcar habet: Sed Theologus pius, ad famam & celebritatem nunquam grassabitur, turbando pacem Ecclesiæ per suum dissensum ab aliis: Hoc faciat Philosophus quem gloria vexat inanis, & qui ut grandior appareat infistit capitibus aliorum: Hoc faciat Caligula, qui ex Deorum statuis capita revellebat, ut suum eorum truncis infereret: Hoc faciat Herostratus, qui templi Diana incendio nobilitari voluit: Sed hoc nunquam faciat Theologus Christianus, qui ea debet sectari quæ sunt pacis, & qui gloriam querit non comparativam & Pharisaicam ex aliorum depressione, sed legitimam & absolutam, ex propria orthodoxia, industria & eruditione. Si tuam criticam vis exercere, si gestis ad prælia, si tibi pruriunt pugni ad pugnam, si arietem vis agere in grege Domini, prout nunquam bella piis nunquam certamina defunt, habes hircos in quos arietes, hostes inquam Ecclesiæ, in quibus robut tuum experiaris & quos impugnes, Atheos, Mahometanos, Iudeos, Socinianos, Pontificios, & tot alias hæreticos extra castra Ecclesiæ Reformatæ viventes, apertos illius adversarios, quos debelles, & de quibus triumphatis egregiam laudem & spolia ampla referas. Vacent potissimum Theologi disputationes, Controversiæ Pontificiis; Nam non habet Respublica, non habet Ecclesia, potentiores & nocentiores hostes, hominibus communionis Romanae. Et possum demonstrare ad occlum plerosque Novatorum, sua nova dogmata protrusisse, aut ex putida igno-

da ignorantia capitum inter Reformatos & Romanenses ab aeo controverorum , aut ex nequissima hoc respectu prevaricatione in causa Ecclesiæ : Malim tamen ex charitatis iudicio prius statuere , quod novitii Doctores , quasi jam debellatum esset , ex spe imminentis regni Chiliaстici , & quintæ Monarchiæ , hanc curam & hoc studium , infra suas curas & sua studia posuerint . Quinimò his positis quos proponimus limitibus , quod cessent inter nos Controversiæ Dogmaticæ , quam multa adhuc superercent de quibus salvâ fide , salvâ pace & compage charitatis , posse fent Orthodoxi Theologi inter se dissentire ?

Octavò promittant quoque singuli Professores Theologi , quorum munus publicum duabus partibus generalioribus absolvitur , Scripturæ Sacrae explicacione , & Locorum Communium tractatione , se in utroque hoc membro deinceps , prioris respectu sic in hęsuros Annotationibus Belgicis , ut eas non solum explicare , confirmare , vindicare & ampliare , sed & illis addere possint quod judicabunt esse sui muneris & officii , modò criticam suam in illas non exerceant , sed si quid in illis ad suum palatum non fuerit , pretereant & dissimulent ; & posterioris , sibi fore pro filo Ariadneo , Institutionem Religionis Christianæ Calvini , cui insistent eodem modo , quo dictum est de annotationibus Belgicis : È ratione qui ex una Academia venerint in aliam , non debebunt dediscere quod prius didicerint , sed sentient ubique eandem veritatem sibi per omnia similem , quamvis diverso stylo & per diversos canales , inculcari ; nec venient juvenes ab uno Professore ad alium tremebundi , ex sinistris præjudiciis seduci precaventes , sed tanquam ad priorum suorum preceptorum ~~anno 1598~~ , & ejusdem Euangelii Doctores & precones , È quoque ratione melius meta studii Theologici , & curriculi ejus absolvendi tempus , definiri ac constitui posset . Et cum Mariana , cuius testimonium supra protuli , unionis inter suos Professores Jesuitas & restituendę & conservandę , hoc proponat medium efficacissimum , ut scilicet alligentur in docendo ad aliquem celebrem interpretem sui Thomę , prout Dominicani Thomam fecerunt suę unionis vinculum , Franciscani Scotum , Carmelitę Baconem , neminem putem mihi vitio versum , quod nostris in eum usum proponam illum librum aureum Calvini , qui *Latium Latio destruit eloquio* , juxta Barclaium , communionis alias Pontificię hominem , & de quo opere non minus verum quam notum hoc circumfertur distichon ,

*Præter apostolicas post Christi tempora chartas ,*

*Huic peperere libro Sacula nulla parem .*

Certe Calvini publicè explicati in Reformatorum Scholis & Academiis

plura

plura possent exempla proponi , si quis suspicaretur me hic aliquid novi & inauditum proferre ; Haud ita diu est quod Vir summus , Theodorus Zwingerus , Antistes & Professor Theologiæ eximus , Calvinum in Academia Basiliensi cum summa laude explicabat ; Quid nunc fiat Leyde nescio ; sed scio quod Professores Theologiæ olim in examinandis candidatis Doctrinæ Theologicae , filium sequabantur hujus libri ; quod adhuc recordor in me observatum , anno 25 hujus saeculi , ab illis quatuor viris eximiis quorum laboribus prodit *Synopsis Theologica* Leydensis . Sunt quidem à tempore Calvini enatae multæ quæstiones Theologicae , que hodie præteriti non possunt ; Possunt tamen , dum explicatur Calvinus , ex solidis illius fundamentis & ventilari & explicari . Neque putem quemquam ita superstitionem futurum , ut putet eā ratione multum circumscribi libertatem sacrae Professionis . Nec enim magis Spiritus Propheticus , (nam doctores *Prophetas* appellari in Scripturis vobis notum est) eā ratione homini subijceretur , quam Spiritus precum , et si id sentiant Brownistæ schismatici , alligatur conceptibus humanis , dum conscribuntur precum publicarum formulę quibus utantur Pastores in coetu Ecclesiæ ; ut nuper adhuc factum est in hac Provincia , pro diebus extraordinariis precum & jejunii . Addo quod hac ratione melius instituetur juvenis in controversiis Pontificiis , adeoque in causis nostræ separationis à Sede Romana , quas dum Novatores plerique nec intelligunt nec curant , in crassissimos & scandalosos suos errores inciderunt .

Adstringet nondò animos Professorum & novandi pruritum in illis extinguet , si sibi mutuo prömisserint , quod nulla velint habens unquam Collegia privata , Explicatoria , Examinatoria & Disputatoria , nisi ad nostras formulas consensus Orthodoxi , Canones Disciplinae Ecclesiasticae , & formulas nostras Liturgicas ; ut eadem fundamenta doctrinæ & regimini sedulū ubique inculcentur juveni . Disputationes etiam publicas postea præstaret haberi Elenchicas & Polemicas vel ad libros quosdam aduersariorum nostrorum publicorum , quos quilibet Professor specialiter sibi ex Collegarum iudicio sumeret respectivè refutandos , vel ad textus aliquos Scripturæ ab aduersariorum cavillis & strophis vindicandos , vel ad aliquam quæstionem inter nos & illos agitatam , pernuose pertractandam . Nam in id genus disputationum , non facile quicquam influet , quod rixæ ulli inter Collegas & Symmyistas excitandæ posset inferire . Ac ut nihil deberet proponi disputandum , quod prius non fuerit communicatum saltem uni ex Collegis præsentibus , & ab ipso approbatum , ita vellem in teseram fraternitatis & concordiæ , Professores singulos

singulos, suas disputationes aliis alibi docentibus communicare, quo magis *securitas* inter eos conservetur. Decimus sanciatur super his premissis & promissis ac singulorum chirographo firmatis amnestia præteriorum, unoquoque protestante & declarante, quod si quid antea fecerit, dixerit, docuerit, sustinuerit, approbaverit, his contrarium, ut homines sumus infirmi à quibus nihil est humani alienum, id velit haberi pro non facto, non dicto, non proposito, non defenso, non approbato; Sed id omne, qualecunque fuerit, sincerè & bona fide revocet, institutus deinceps lineis hic propositis.

Prout autem periculosum & inconveniens est ullam erigi aut restituī Scholam Theologicam in qua unicus tantum sit Professor Theologiae, juxta Salomonis dictum, *Vt soli*, nisi ubi fuerint Pastores plures pii & eruditii, qui teneantur per vices audire Lectiones Professoris, ejusque Disputationes frequentare, imò & censere priusquam prodeant in publicum, ceu qui debeant ex Synodi Nationalis decreto & suarum manuum subscriptione diligenter invigilare ne quid corruptelæ surrepat in doctrina Ecclesiae, aut aliquid detrimenti capiat Orthodoxia, sive, ut ipsa verba Synodi Nationalis habent, *omnibus novitatibus in Ecclesia subnascentibus mature obviam ire, easque tanquam Xizania ex agro Domini evellere, attendere Scholis & Scholarum moderatoribus, ne qua ex privatis sententiis & pravis opinionibus juventui instillatis, postmodum Ecclesia & Reip. pernicies denuo creetur;* Ita ubi sunt plures Professores Collegæ, sic debent juxta id quod Ephesini Pastoribus iniungebat Paulus, ad seipso attendere, & in se mutuo excubias agere, imò sibi invicem pedes lavare, juxta Domini præceptum; ut tamen Sacramento singulari se obstringant ad amorem vere fraternali, & salvâ semper Orthodoxiæ, ad mutui honoris defensionem, sub illa clausula salutari, quod si quid inter eos oriatur offensionis vel suspicionis alicujus Heterodoxie aut Novitatis, de qua inter se non queant amicè transfigere, rem non deferant vel directe ad Curatores, vel ad reliquos aliarum Facultatum Professores, sed juxta viam indicatam à Synodo Nationali, ad Synodi sua Provinciæ Deputatos, qui negotium vel componant per se, si pote sit, vel ad Synodus ipsam referant ab ea terminandum. Justa autem tum demum statuatur offensionis causa, si reus deprehendatur aliquid novi & erronei effutivisse, & ita peccasse in præcedentes articulos; quod si verum deprehendatur, teneatur, vel ad Orthodoxam suæ mentis declarationem, vel ad palinodiam & revocationem, quæ olim in omnibus Scholis eo casu fuit usurpata: cùm præfertim talis revocatio nihil delibet de fama vel honore revocantis, nisi una adsit suspensio aut depo-

depositio ex suo officio; & nemo magis possit abhorrire à tali revocatione, quam ab alterius culpa agnitione, quo casu in illam inciderit, nisi gestet Papam in præcordiis, & sibi infallibilitatis arroget privilegium. Sed quo casu offensio vel querela actoris illegitima nec satis fundata foret, is sustineat censuram gravem suæ temeritatis & condignè satisfaciat laeso, pro exigentia casus. Nemo autem poterit prætexere causam offensionis, quod alter incurrat in suam sententiam quam olim forte vel novam vel erroneam defenderit, eum tamen nec designando nec nominando, vel ei oppositam opinionem sustinuerit, quæ tamen novitatis aut heterodoxie accusari & convinci nequeat.

Ut autem talis causæ cognitionem deferam Pastoribus Ecclesiæ & Syndodis, multa me movent argumenta: Nam rerum ad religionem spectantium notitia est propriè Ministrorum Ecclesiæ, ex communi consensu omnium Reformatorum, prout juxta Apostolum Prophetarum est de Prophetantibus judicare. Et cùm plerique Theologiae Professores sint etiam una Pastores Ecclesiæ, & Ministri V. D. non video cur hoc casu debeant magis subduci jurisdictioni Synodice, quam iij qui solo Ministerio Ecclesiastico defunguntur. Tum etiam ut res Theologiae tractantur ex professo à Pastoribus, iis in suo munere, ceu artificibus in sua arte, potius credendum est. Dissidia etiam Theologica commodiū & minori cum strepitu possunt componi per rerum intelligentes; cùm Politici è contrario habeant remedia in eo genere magis caustica, & licet fides persuaderi debeat non imperari, ipsitamen agant imperio, non disputationibus aut ratione. Adhac Curatores aliqui Professores quam Theologi, vtut magnæ eruditio & pietatis, & satis solidè, imo nonnulli eorum eximiè, versati in rebus Religionis & fidei, nec tempus tamè habent nec otium altius se immergendi in questiones Theologicas obscuriores, & penetrandi in omnes anfractus & recessus difficultatum quas subinde excitant & nectunt, ingenia novaturientia, ut suis novis inventis aliquem colorem probabilitatis inducant. Subsunt quidem Theologiae Professores foro Academicō, quoad causas suas personales; & ut à solis Curatoribus evocantur, ita ab ipsis solis dimitti vel abdicari possunt. Sed quemadmodum nullus est Professor Academicus, qui quæ membrum Ecclesiæ non subsit Disciplinæ & censuræ Syndicrii, cui etiam non nolint se submittere ipsimet Nobiliss. & Ampliss. Curatores; ita nullus est Professor Theologus, qui possit respectu doctrinæ suæ Synodorum examini & judicio se subducere. Non potest quidem Synodus Professorem Theogum, vel ullum alium, movere suæ professione si Pacis Ecclesiastice turbo, Novator vel Heterodoxus judicatus

catus fuerit; sed potest eum tanquam membrum putre resecare ex corpore Ecclesiæ, & instar pecudis morbidæ separare a residuo grege. Ut nulla ei alia superfit ratio quam provocandi ad Synodum Nationalem, aut pertinendi à summo Magistratu sententia Synodicæ contra se lateæ revisionem in alia Synodo; cujusmodi plura possemus exempla proferre ex veteri Historia. Uno verbo, ut cuilibet privato, ex Petri præcepto, incumbit reddere rationem ejus spei quæ in se est, omni eam a se exigenti, ita posteriori jure id præstare debet quilibet Theologiæ Professor in Synedrio, Classe aut Synodo Ecclesiæ cuius membrum est, si accusetur Novationis vel Heterodoxie; cum non solum hæreses crimine carere teneatur, sed etiam illius suspicione, in qua juxta Hieronymum *nemini licet esse patienti*.

Optandum quoque esset ad pacem & concordiam Theologorum statutinandam, ut fibula imponeretur arctior licentia Philosophorum, quos prisci Ecclesiæ Doctores, Tertullianus & Hieronymus, *animalia gloria & Patriarchas Hereticorum* jure dixerunt; Nihil enim tam absurdum díci vel concipi potest quod aliquis Philosophus non defenderit. Nec volunt amplius hodierni Philosophi Philosophiam Theologiæ ancillari, sed pertendunt ei nunc deberi interpretationem Scripturæ & illius esse in Theologiam dominari. Et certè ab aliquo tempore evenit ut dum Philosophi in partes abeant, apud amicos Theologos patrocinium querant, (in quo mè etiam aliquid quandoque humani pastum non diffiteor) & inde factiones formentur & intendantur. Veteres itaque Academiarum leges circa Philosophiam sunt revocandæ, quæ nisi dormiissent, non eo usque pseudo-Cartesianismus invalueret, nec ubi adultior factus est in Cathedras Theologicas intrusisset impia & Achristiana dogmata quorum filius nuper Neomagiensis Theologus suos pascebat. Homines in se sentire eam facultatem & libertatem per quam possint omnem errorem & omne peccatum declinare; quod plusquam Pelagianum est. Gratiam convertentem, non prius determinare voluntatem ad bene agendum, quam voluntas seipsum determinaverit; quod est Synergistarum. Tot contradictionibus Socinianos onerare & urgere doctrinam Trinitatis, ut nequeant Orthodoxi se ab illis expedire; quod Antitrinitariorum est. Lur sit etiam in illa versari bestias & homines; quod est Atheorum, Scripturæ authoritatem nabo suspendentium adunco. Polygamiam in se nec turpem nec illicitam esse, & Matrimonia posse contrahi sine conditione perpetuae cohabitationis, id est dissolubilia ex alterutrius arbitrio; quod

Turicum est & Judaicum: Testimoniis sensuum nihil deferendum, & falli eos qui negant Deum ea posse quæ implicant contradictionem; quod est plurimum putum Pontificium, Transubstantiatione statuminande destinatum. Disciplina Ecclesiastica & clavum potestatem non ex Christi instituto convenire Ministeris Evangelii, sed ex indultu Magistratus; quod est Erastianum. Quæ pauca speciminis tantum gratia profero, quod constet quot corruptiones invexerit brevi tempore in Theologiam nostram Philosophia Cartesiana, in pluribus quod magis est, præter & contra mentem ipsius Cartesii, cuius hypotheses meræ, apud credulam plebeculam in theorematu Dei verbo firmiora abierunt; qui que nunquam ea scripturus fuisset ex quibus sui sequaces sectaria colligunt, si illos prævidisset ed processuros. Id est passim apud Protestantes & Reformatos, in Suecia, in Germania, in Helvetia, in Hungaria, exultat hæc nova Philosophia: Gelri Proceres eam statim proscripsérant ex sua Provincia; nec capistrum quod illi injecerant Proceres Batavi temere abrupisset, nisi male omne nonnulli Theologi eam vindicassent in libertatem. Cum itaque Philosophia subordinetur aliis Facultatibus, nec propter seipsum discatur, nisi ab iis qui eam postea velint docere in Scholis, optandum foret ut Proceres & Prefecti Scholarum, eosque subiicerent Philosophos inspectioni & censuræ Theologorum, ut si quid Theologi judicarent Philosophos proposuisse Orthodoxæ & Religioni contrarium, hi tenerentur illico id omne revocare & recantare, aut si obstinatius vellent tueri, ipso facto suis Professionibus exciderent. Id etiam foret consentaneum judicio Synodi Nationalis Seff. 163. §. 7. ubi statuit *Professoribus Philosophia & linguarum non esse permittendum vel in lectionibus vel in disputationibus tractare materias aut controversias Theologicas, nisi re communicata cum Theologis & venia ab illis impetrata.*

Denique foret optandum ut quamdiu Professores Theologi manebunt dispersi per varias Provincias, quotannis possent tempore feriato, & suis tamen sumptibus, una ad biduum aut triduum convenire ad fraternitatis vinculum adstringendum, si quid frigesculi inter aliquot ex illis forte intercessisset amicè diluendum, & pensa quoad fieri posset inter se distribuenda, respectu eorum quæ anno insequenti eorum quilibet contra communæ adversarios, præter vel inter ea quæ sunt fuæ ordinariæ invocationis, præstare honestè teneretur. Et ratione fuga otii inter eos est quod fuga vacui, per quam conjunctiores manerent, nec de se invicem impetendis possent cogitare.

Nec est quod quis mihi succenseat, ac si arctioribus vinculis velim constringere libertatem Professorum: Nec enim hæc vincula sunt conscientia aut cogitationum, sed ordinis & unitatis: Fateor

vulgò hoc Proverbiū obtinere, *Onghebōnde heeft*; Sed illi nutii sunt *ongebonden beesten*, qui illimitatam sibi exiunt licentiam dicendi & effundi quicquid in buccam venerit, aut febricitantes somniarint, ac si Professores, doctrinæ Ecclesiasticae Domini essent, non Ministri. Nec Professionis Theologicæ exercitio alios h̄ic limites pono, quam quos ei præfigendos censuit Synodus Nationalis in Postatis sess. 163. nominatim §. 5. quo cavitur ne quisquam vocetur ad Professionem Theologicam, qui *unquam justam occasionem dederit suspicionis de impuritate in doctrina*, aut qui *antiqua Reformata doctrina firmiter non adharet*; & §. 6. quo tenentur ad subscribendum formulis consensus, ut etiam h̄ic legibus Academicis cautum est; & præsertim §. 8. quo Professoribus S. S. Theologia interdicendum statuitur, *novas proponere sententias repugnantes recepta in Ecclesia doctrina, neque iis permittatur problematicè scrupulos contra receptam doctrinam temere movere*. Quam longius hodie processum sit, res ipsa loquitur.

Interea ingentiē fateor multitudinem Scholarum & Academicarum, etiā earum erexitio ad jura Majestatis & Regaliorum pertineat, quae singulæ Provinciæ sibi possunt tribuere, plus obesse quam prodeſſe Ecclesiæ Belgicæ. Nam inde sequi posset quamlibet Provinciam habere jus supremum studiendi de Religione quod sibi libuerit, cūm videlicet posset Doctores Heterodoxos, pro libitu Paucorum quibus res Academicæ curæ sunt, souere & protegere; cuius mali etiamnum hodie exempla proferri possent: unde facile altare contra altare erigi queat. Etsi revera ad Ordines Generales in communī, ea quæ sunt Religionis & unitatis in illa conservandæ, non minus quam ea quæ sunt pacis & belli, de jure spectent & de facto spectare debeant; Unde etiam in Arctiori eorum Unione prima cura Religionis fluit. Deus pacis faxit ut ne dum supremæ potestates nimirum in Belgio nostro multiplicantur, omni sua suprema potestate Belgium excidat. Ad hæc inter varias Academias earumque Professores, variae soleant subnasci amationes & ex illis rixæ & dissidia, ac ex contradicendi studio opiniones contrarie, quæ faciliter prævenirentur & supprimarentur, si omnes uno tantum loco docerent, & ex unius Academiæ statutis vivere tenerentur. In tota Anglia duæ tantum sunt Academias, inter quas etiam, licet sub uno Monarcha & regimine Ecclesiæ Hierarchico, contentiones nihilominus sunt perpetuae, adeo ut una ex illis superfluere videatur. Major quoque foret ea ratione concordia inter Pastores Ecclesiarum toto Belgio, ceu inter collactaneos & alumnos ejusdem matris Academias, ex qua eandem hypotyposum saniorum Sermonum domum detulissent: Et firmiores esse amicitias quas contraximus juvenes in Scholis, vulgo notatum est.

Putant

Putant quidem Proceres Provinciarum singularum se suis consulere, quod domi & minori sumptu possint institui, quam si procul à culina materna studiorum gratiæ essent ablegandi. Sed certum est, & quotidie deprehenditur, minus plerumque in studiis proficere inquilinos, quam exterios. *Studium in lecto, studium in foco, studium in fenestra, studium in culina, nihil valent omnia*. Præterea ut ~~χαλεπά τὰ καλά~~, difficultia quæ pulchra, multum deterritur de studiorum pretio, nimis studiendi facilitate. Quin Provinciales ambitiosi, capti splendore literario, si quid præsertim possunt a Proceribus stipendioli adhamare pro suis liberis, neglecta lege veterum quorundam populorum quæ jubebat filios paternam artem exercere, eos devovent studiis; ipsique pueri capti à teneris φύλασσα studenticæ, hoc genus vitæ facile præferunt setæ, alutæ, ferræ, & malleo; unde fit ut mechanicæ artes minus excolantur, & pauciores reperiantur qui se applicent Militiæ aut Navigationi, quarum tamen utramque sentimus nunc magis deinceps excoli debere quam antea: Et si forte sumptus Provinciales qui sunt in usus Academicos appenderentur, cum emolumento quod redit ex qualius concursu studiosorum, qui in tot Academiis nequit esse magnus, lanx facilè maneret in æquilibrio. Et meo quidem judicio longè satius foret unicam tantum constitui Academiam Nationalem & communem toti Belgio, in qua continuè sex vel septem docerent Professores Theologi, quam tot habere Scholas Provinciales, in quibus informandæ sufficienter juventuti de rebus sacris, non sufficit. Docentium numerus. Nam unus aut duo Professores, non sufficiunt exauriendæ tam augustæ, tam sacræ, tam latè patenti disciplinæ: *Pluribus intentus non valet ad singula sensus*. Possunt quidem illi aliquid de omni tradere suis auditoribus, sed nihil de Ponto. At si uni Vetus Testamentum, alteri Novum committeretur explicantoto. At si uni Locorum Communium tractatio, quarto Controversiæ Pontificiæ assignarentur, quinto Controversiæ cum aliis Ecclesiæ adversariis; sexto Theologia Casuum; septimo denique Historia Ecclesiastica, & multum comparcerent Provinciæ singulæ suis sumptibus, & Leo qui septem hæc pila ostentaret, terribilis esset ipsis portis inferni, & foret illa Schola instar turris Davidis ædificata ad armaria, de qua millena scuta pendent: & omnes umbones potentum. Pro ceteris Facultatibus sufficeret ordinarius numerus Professorum, qui obtinet in hodiernis Academiis. Sed facillime conveniret inter plures Theologos de uniformitate doctrinæ reunenda, ubi vel per unicum suffragium negativum, positis præcedentibus vinculis unionis, novum dogma deberet de ponte dejici, & nihil esset admittendum nisi quod singulorum calculo comprobaretur: Neque

E 2

sic nequirent docti Scribæ ex bono thesauro cordis sui nova promere & vetera; sed nemini fas eslet nos traducere ad aliud Euangelium, & per nova sua reperta, recepta veteraque Ecclesiæ dogmata, perimere & opprimere. Præterea & majori authoritate refrænaretur Licentia Philosophandi, sicuti exorbitaret, & Theologorum quilibet, si deviaret ullo modo, facilius & minori cùm strepitu cogeretur in ordinem per totum Facultatis integræ Collegium, quam posset, rebus stantibus uti nunc sunt, authoritate Synodicā, quam aliàs hīc adhibendam censemus: Ac prout tunc nullus admitteretur toto Belgio ad Ministerium qui ex hac Schola non prodiisset, ita si quid suboriretur difficultatis circa doctrinam in ulla Ecclesiis, posset illico componi ex Theologorum unanimi judicio; nec amplius opus foret disputare de correspondentia mutua inter Synodos & Facultatem Theologicam, quæ se se p̄venire studerent mutuo honore. Hoc tamē nolim sumi in sequiorem sensum, ac si me t̄deat meæ hīc stationis; cùm ē contrario optarem si fas esset vel duas vicinas Academias Frisicam & hanc in unam compingi sub uno Præfecto communī utriusque Provinciæ, & in levamen utriusque, vel Groningam hanc nostram in præmium suæ fortitudinis contra hostem, fieri nunc unicam Belgii Academiam, ut olim Leydæ id honoris fuit collatum, quod fortiter restitisset hosti. Sed id profero in testimonium mei honesti affectus erga Remp. & Ecclesiam. Quicquid sit ita has proponerationes Unanimitatis & Pacis Theologicæ in Belgio restituendæ, ac porro conservandæ, ut quamdiu surdis cecinero fabulam, nec extiterint Filii pacis super quos hæc mea pax quæ est Euangelica requiescat, omnibus Novatoribus cordatè obvertam frontem, citra respectum personarum ex mei muneric conscientia & officio, & faxo ut posteritati constet, me Orthodoxiæ vindicandæ ad extremum usque vitæ halitum fortiter institisse, nec ex dissidentia bonæ causæ, sed ex studio concordia in domo Dei reparandæ, pia, honesta & iusta pacis consilia proposuisse. Imò Domine Jesu yeni. AMEN.

